tionis marchesita vltima, & cum fornace & baculo suae experientiae haec est. SERMO IN SVBlimatione magae sic & tur. Caput. xlvij. Vblimationis vero magnetis & rutigae est eadem intentio cum intentione vltimae sublimationis marchesitae. Non enim possunt haec omnia sine ignitione sublimari, ideoq; omnia vnam intentionem habent cum causis eisdem & experientijs eisdem, & habent vnum ordinem generalem, quoniam sine fecibus sublimari debent, quae anque sublimari cum ignitione necesse contigerit, quoniam in seipis feces habent sufficientes, imo superfluas, & huius signum est difficultas suae sublimationis. Sublimantur etiam similiter omnia corpora a perfectione diminuta hoc eodem ordine, & non cadit diuersitas aliqua, nisi quia ignis sublimationis vehementior est in corporibus quam in magnetis marchesita & turia.



LIBER II  
SERMO IN  
DESCENSUS  
ne.  
Caput. xlvij.

Et non diuersificantur similiter corpo-  
ra in sublimationibus suis, nisi quod  
quaedam indigent admixtione rei  
subleuantis ea, quaedam vero non, vti  
facilior erat eorum eleuatio. Sed vna  
tantum specialis in corporum conside-  
ratione sublimatio experientia reper-  
ta est bona, videlicet vt in fundo alius  
del non sit multa corporis subliman-  
di vanitas, quoniam multitudine  
sublimationem impedit. Et planities  
sit in fundo alius del sublimationis, &  
non concauitas, vt possit aequaliter et  
tenuiter super fundum sparsum corpus  
aequaliter et multum in omnibus suis  
partibus eleuari. Corpora vero indige-  
ntia admixtione rei eleuantis, sunt  
scilicet venus & mars, propter suae fu-  
sionis tarditatem. Venus itaque tertia  
Mars vero arsenico, & cum his eleuatur  
de facili, quoniam cum eis maxima  
conueniunt. Fiat igitur post illos  
rum considerationem sublimatio, vt in tertia & sibi simi-  
libus in sublimatione, & disponetur  
eorum sublimatio hoc modo  
dem ordine  
ne cum  
causis suis  
is & experientijs.

SECUNDVS XXIII

dum, & omnem extraneam in eo  
cauitate illius dimittit. His itaque  
bus necessitatibus inuenta descensio  
determinatur modus illius cum instru-  
mento suo prius notificato cum cau-  
sis suis. Dicimus igitur quod forma  
eius talis erit, quod fundus illius sit acutus,  
& parietes illius sine seopulo  
qualiter sint determinantes in fundi  
acuitate, vt possit vnumquodque sub-  
sibilium libere sine adherentia ad fun-  
dum illius foramen descendere, & coop-  
torium eius (si necesse sit) ad similitu-  
dinem plane paradisi, & bene con-  
ueniant illi, & sint de bona & firma  
terra, & non de facili per ignis pressu-  
ram fundentes. Mitatur igitur res cuius  
intentionis sit descendere in illud  
super baculos rotundos ex terra factos  
vt magis fundo superiori a proxime  
tur, & cooperiatur cum eo, & iunctura fir-  
metur, & in igne de carbonibus pos-  
natur, & super ipsum suspiratur, quousque  
tota res descendat in vas sibi sup-  
positum. Potest tamen (si res fuerit  
difficilis fusibilis) poni super tabulam  
planam, vel paruo concauitatis, a qua  
possit de facili descendere cum inclina-  
tione capitis descensorij, si sola fuerit.  
Purificantur enim per hoc corpora.  
Sed per passillum melius purifican-  
tur, cuius modus purificationis est idem  
cum modo purificationis descensorij.  
Et ideo per illum exauriamur ab eo.  
Tener enim feces corporum vt descen-  
soriam, & melius, & ideo narramus  
modum illius. Dicimus igitur quous-  
nam accipimus corpus de cuius in-  
tentione est illud mundari, & illud in  
grana minutissima vel limaturam,  
vel in calcem, quod perfectius est, &  
digimus, et ei comiscemus calcem alius  
qua de cuius intentione non sit fundere  
& postea illud fundamus. Inuenimus  
enim per illud corpora mundari mul-  
ta iteratione, sed non mundificatione  
perfecta, quam perfectionem scimus  
esse, sed mundificatione vtili, vt in  
cina suscepta perfectionis melius &  
perfectius per eam transformetur cor-  
pora. Est enim admixtione praecedens  
causam omnem enim admixtione  
tionem sufficienter in sequentibus tibi  
narrabimus. Nunc vero descensorem  
ponamus descriptionem. Conueni-  
entis est igitur, vt sequentes propositum  
nostrum, semonem de distillatione  
tradamus cum causis suis. Est igitur  
distillatio vaporum aqueorum in  
vase eleuatio. Diuersificatur utique  
distillatio. Nam quaedam est per ignem,  
quaedam vero sine igne. Quae  
vero per ignem fit, duorum generum  
inuenitur. Quaedam est per eleuatio-  
nem in alembicum, quaedam per des-  
censum chimiae, qua mediante oleum  
ex vegetabilibus elicuntur. Causa qua  
re inuenta sit distillatio, & causa gene-  
ralis inuentionis cuiuslibet distilla-  
tionis est purificatio liquorosa a feces  
sue turbulencia & conseruatio illius  
a putrefactione. Videmus enim rem  
distillatam quocumque distillationis ge-  
nere puriorem effici, & melius a put-  
refactione custodiri. Causa vero spe-  
cialis inuentionis illius, quae per alembicum  
fit in alembicum, est inquisitio  
aque pure sine terra. Cuius experientia  
est, quod vides aquam his  
distillatam, nullam fecem habere.



LXXX LIBER 32

Causa inuentionis aque pure fuit imbibitio puluerum medicinarum mīsdarum, vti quando scy indigemus imbibitione, aquā puram habeamus quæ fecam post ipsius resolutionē nō dimittat, quæ sece medicinæ nostræ & spiritus mundati possint infici & corrumpi. Causa vero inuentionis eius, quæ per descensum fit, fuit olei puri in natura sua extractio, quia per ascensum oleum in natura sua combustibile haberi non poterat, & huiusmodi inuestigatio fuit scy vt color eius, qui cum substantia sua permixtus est habeat. Hic enim inuare potest i casu. Distillationis vero quæ per filtrum sine ignitione perficitur causa inuentionis, fuit aquæ sola serenitas. Dicamus igitur nunc omnium distillationum modos, cum causis suis. Eius itaq; quæ per ascensum fit, est duplex modus. Alia enim sic illi olla cineribus plena perficitur. Alia enim cum aqua in vase suo cum graminiibus vel lanositate, ordine suo disposita, nec cucurbita vel distillatorius alembicus reparatur, antequam ad perfectiōem deducatur. Ea vero quæ cum cineribus, maiore, & fortiori, & acuriori perficitur igne, quæ autem cum aqua, maius uero malebri & æquali. Aqua enim acuritatē ignitionis non suscipit, quemadmodum cineres. Ideo per eam quæ cum cineribus fit, colore et grossiores terræ partes deuari solēt. Cum ea vero quæ cum aqua, subtiliores & sine colore & ad naturā aqueitatis simplicis approximantes. Magis subtilior ergo fit separatio per eam quæ aqua perficitur, & per eam quæ cineribus dicitur. Expe-


riencia hoc nouit verum esse, qui cū distillasset oleum per cineres, oleū vix alteratum susceperit in recipientem. Votiles vero partes eius separare, ad id necessitate peruenit, vt contingeret per aquam distillare. & tunc per auscite rationem separauit oleum in partes suas elementales, vt albiſſimam & serenissimam aquam ex rubicundissimo extraxisset oleo, remanente in fundo alembici totaliter illius rubore. Per hoc ergo magisterium ad omnes reuegentibiles, & eius quæ ex vegetabilibus cœlit in esse, & omnis rei conuulsi, ad omnium determinatam elementorum separationem peruenire necesse est. Per eam vero quæ per descensum, ad cuiuslibet rei oleum perueniri determinate potest, scilicet vegetabilium omnium, & eorum consimilium, per eam vero quæ per filtrum, ad cuiuslibet liquorosi serenitatem perueniri potest. Hæc autem omnia etiam parum vel minime scietibus sit manifesta & nota, quia vero hæc ignora, nihil ex hoc nouit magisterio. Exerctetur igitur & de facili ea inuestigabit. Dispositio igitur eius quæ per cineres fit est vt sumatur olla foras ex terra, & cooperatur in fumo simili sublimatiōis fumo præfato cum eadem distantia a furni spondilibus, per eandem inuestigationem, et similibus auriculis, super cuius fundum ponantur cineres crispellati ad digiti spissitudinem, & super ipsos cineres ponatur vas distillationis, & cooperatur in circuitu eius cum eisdem, vique prope collum alembici, postea vero infundatur in illud res, de cuius intectione sit, sic distillari.

SECUNDVS XXV



Vltimo vero cooperatur illud cum alembico, cuius collū suscipit collum cucurbitæ inferioris intra se, vique ad curuitatem canalis ipsius alembici, ne viam fugæ inueniat distillandū. Et postea lutetur alembicus cum cucurbita sua, & firmetur eorum iunctura, & supponatur ignis quouiscumque distillet. Alembicus vero & eius cucurbita de vitro sunt. Ignis vero illius augeatur ei secundum exigentiā distillationis, quouiscumque videatur totū distillandum cum magna ignis expressione distillatum esse. Secundæ vero intentionis sublimatiōis dispositio, quæ per aquam fit, est similis huic in vase & alembico. Dissertas men ab ea in hoc, quod in hac sumatur olla ferrea vel ænea, & cooperatur ad fumum, vt dictum est. Postea super

fundum illius ollæ stratum de graminiibus, vel lana, vel re conuulsi construat, ad spissitudinem trium digitorū, ne cucurbita frangatur, & eidem graminiibus, vel rebus cōsimilibus cooperiatur in circuitu cucurbitæ, usque prope collum alembici, & super ipsa stramina virgæ subtiles superpurgantur, & super virgæ ponantur lapides ponderosi, qui suo pondere cucurbitam, & alembicū, & ipsa stramina deprimant, & depressa firmiter & stabiliter teneant super ollæ fundum, ne natent leuigata per ipsam aquam. Et sit leuigatio hæc causa fracturæ vasis, & distillandæ rei perditio. Postea vero inter stramina fundatur aqua usque ad ollæ plenitudinem, & supponatur ignis, quouiscumque distillet totum. Dispositio vero eius quæ per descensum fit, est, vt fiat descensorium vitreum, cum coopertorio eius, & lus tenur vt truncus, & intromittatur quod sic distillari quis intendit. Et fiat super caput illius ignis. Descendet enim distillatio eius. Dispositio vero eius quæ per filtrum fit, est, vt ponatur liquor distillandus in concham lapideam, et filtri bene abluti & madidi ponatur partior in dictum liquorem vique ad fundū conchæ. Pendeat vero ex illo pars eius ab orificio conchæ extra. Et sub capite illius filtri ponatur vas recipiens distillationem. Cum ergo distillare ipsum filtrū incipiat, primo



aque distillabit, qua madidum fuit, qua cessante, succedit illi liquor distillandus. Qui si nondum serenatus fuerit, totiens ad concham reuertatur, quousque serenissimus distilletur. Hec autem quia facilia sunt omnia, magna probatione non indigent, ideoque eorum probationem solumus.

SERMO IN CALCINATIONE.

Caput xlix.

**OST** Igitur distillationis narrationem sermonem nostrum tradamus de calcinatione. Est ergo calcinatio, rei per ignem pulverisatio, ex priuatione humiditatis partes concolis-

dantis: Causa inuentionis eius est, ut sulphureitas ad iustitia conueniens & defedans, per ignem delectur. Diversificatur vero secundum diuersitatem rerum calcinandarum.


Calcinantur igitur corpora, & calcinantur spiritus & res alie extraneae a natura horum, diuersa tamen intentione. Quia igitur sunt corpora imperfecta, duorum saltem generum. Dura videlicet, ut Venus & Mars, mollia vero, ut Iupiter & Saturnus, quae omnia calcinantur. Necessè fuit illa diuersa intentione calcinari, specialis scilicet, & generalis. Attamen una intentione calcinantur. Et est, ut sulphureitas illa corrupta pens & defedans delectur per ignem. Sic enim comburitur omnis ex qua cumque re sulphureitas a dustitia, quae sine calcinatione deleri non potest. Quoniam ipsum corpus solidum est, & propter soliditatem & latitudinem sulphureitatis in continuitate substantiae argenti viui defenditur per illud ab adustione. Ideoque necesse fuit continuitatem separare, ut ignis liberius ad quamcumque minimam eius partem perueniens, sulphureitatem ex eo comburere possit, & non defendat ipsum continuitas argenti viui in illo. Et est communis intentio similiter in illa depuratio terreatis. Inuentum est enim, quod corpora per reiterationem calcinationis & reductionis mundantur, ut monstrabimus in sequentibus. Specialis vero calcinatio corporum mollium est, ut cum his duabus intentionibus sit intentio per-

SECUNDVS XXVI

eam illa indurare & ignire, ad quod peruenitur cum ingenio sa reiteratione calcinationis super illa. De qua in sequenti traditione determinare nobis expediret. Inuenimus enim per id ingenium manifeste ipsa indurari. Sed manifestius & citius Iupiter induratur. Causa uero inuentionis calcinationis spirituum est, ut ipsi melius figantur, & facilius solvantur in aquam. Quoniam omne calcinati generis fixius est quam non calcinati, & facilius solutionis. Quia partes calcinati magis subtilitate per ignem, facilius cum aquis commiscuntur, & in aquam conuertuntur. Et hoc si expertus fueris, sic inuenies se habere. Calcinatio uero aliarum rerum, facit ad exigentiam preparationis spirituum & corporum. De qua latius a nobis determinabitur in sequentibus. Non autem est de perfectione harum aliquid talium. Modus igitur ipsius calcinationis est diuersus, propter diuersitatem calcinandorum. Calcinantur enim corpora aliter quam spiritus vel alie res. Et corpora a se inuicem diuersa, similiter diuersimode calcinantur. Corpora enim mollia vnum modum habent generalem ad calcinationis intentionem, scilicet, quod & ambo per solum possunt calcinari ignem, & per salis acuitatem preparati vel non preparati ambo similiter. Primus igitur modus sic perficitur, ut sumatur vas ferreum vel terreatum ad similitudinem parapsidis formatum, cuius structura sit firma, & coarctetur ad furni calcinationis horum, caliter quod sub illo possint car-

bones proieci & suffari. Prociatur uero in fundum vas illius plumbum vel stagnum, quod super tripodem ferreum, vel tres lapideas columnas sedeat firmiter, & ad furni sui partes similiter firmetur, quatuor vel tribus lapidibus coarctantibus illud ad eos, ne vas moueri possit. Furni uero figura, eadem sit eum furni forma magna ignitionis, de qua narratum est iam, & narrabitur similiter sermone completiori. Accendatur igitur in illo ignis sub vase calcinationis, ad ipsius calcinandi corporis fusionem potens. Et cum ipsum corpus eum nitram super se creauerit ignis calore, subtrahatur illa ab eo cum palafereis vel lapideis, quae se non permittit comburi ad infectionem calcis. Haec autem excoctatio tam diu continetur, quousque ipsum corpus in puluerem uertatur. Quod si saturatus fuerit, ad maiorem ponatur ignem, quousque in citrissimum mutetur colorem calceus. Si uero Iupiter, similiter exponatur, & dimittatur, quousque in albedinem mutetur completam. In hoc tamen solliciti reddimus artificem, quoniam Saturnus de factis a calcis sua redit ad corpus, Iupiter uero difficillime. Ideoque ne contingat illum errare in expositione saturari, post primam eius pulverisationem, ad maiorem ignem, ne prius redeat quam perficiatur illius calx in corpore, quoniam temperantia ignis indiget, & successione augmenti illius paulatim, cum cautela, quousque in calce firmetur sua, ne de facili redeat in corpus, ut possit illi maior ignis

B ij



LIBER 29

administrari, ad suae calcis perfectionem. Ne contingat similiter in loue errare, propter difficultatem eius reductionem, ut si quando posuerit in reductionem calcem eius, conueniat ei, quod non reducat, sed inueniat eam prioris dispositionis aut in vitrum redactam, & restimet reductionem eius impossibilem. Dicimus enim, quoniam si in louis reductionem magnam non adhibuerit ignem, non reducat. Si vero magnum, non necesse illum reducere contingit, sed possibile est illum in vitrisificatione reducere. Et illud ideo, quoniam lupiter in profundo suae naturae argenti viui fugitiuam inelusam habet substantiam. Quae si longam in igne contraxerit moram, fugiet, & corpus priuatum humiditate relinquet, ita quod potius aptum ad vitrisificationem, quam ad corporis metallici fusionem conuerti reperietur. Omne enim propria priuatum humiditate, nullam nisi vitrisificationem dat fusionem. Ideoq; necessario relinquatur, quod cum ignis impetu maxime veloci, reducere celeriter festinet. Aliter enim non reducit. Exercitetur ergo ad illud, & sciet.

Modus vero calcinationis horum duorum corporum, quae a salis acuitate perficitur, est, ut proiciatur super faciem illorum salis quantitas. post quae itatem sepius in fusione sua, & permisceantur agitatione multa, per baculum ferreum, super ignem, quousq; per salis mixtionem in cinerem vertatur. Et postea pereundem modum perfectionis percipitur illo rum calx, cum suis considerationibus.

Sed in hoc est etiam differentia in horum duorum corporum calcinatione. Quoniam plumbum ex primis calcinationis laboribus ad puluere conuertitur facilius quam lupiter, non tamen perficitur illius calx facilius quam louis. Dependet autem huius causa ex eo, quod Saturnus humiditatem magis fixam habet quam lupiter.

Veneris vero & Martis est idem modus, diuersus tamen a primis. & illud propter liquefactionis eorum difficultatem. Et est, ut laminati ponantur ad fortem ignitionem, de cuius intentione non sit fundere. Propter multam enim terretatis eorum in illis quantitatem, & multam sulphureitatis adhiug & fugientis mensuram, defacili per hunc modum adducuntur in calcem. Et ideo quoniam ex multa terretate argenti viui subsstantie intermixta, turbatur argenti viui debita continuatio. Et ideo posrositas in eis cautetur, per quam & sulphureitas transiens euolare potest, & ignis ex causa illa ad eam accendens, comburere & eam eleuare potest. Per hoc igitur relinquatur, & partes rariore fieri, & in cinerem per discontinuitatem raritatis conuerti. Manifesta igitur experientia huius est, quoniam expolita ad ignitionem lamina Veneris, flammam dabit sulphuream, & squamam in superficie sua causabit puluerisibilem. Et illud ideo, quia ex propinquioribus partibus necessesse est faciliorem sulphuris combustionem fieri. Modus vero summi calcis ntionis huius est idem cum modo summi distillationis, nisi quod foras

SECUNDVS XXVII

men solummodo unum magnum debet super caput suum habere, unde a sumo ositatus se libere abfoluat. Et sitis calcinandorum in medio furni sit, ut in circuitu libere ignem suscipiant. Vas vero eius sit terraeum ad formam parapsidis factum.

Modus itaq; calcinationis spirituum est, ut eis ad fixationem approximantibus administratur ignis, successus & paulatim, illum augendo ne fugiant, quousq; maximum eorum tollerare ignem contingat. Et vas eorum sit rotundum, vnde q; clausum, & firmus idem cum nouissime dicto. Cum consimili autem fumo, & consimili vase, omnia similiter res calcantur. Excusamur tamen a maiori labore, si qui adhibetur in custodia fugae. Quoniam alia res non fugit, nisi spiritus, & quod spirituum naturae approximatur.

Descriptio vero omnium quae narrata sunt nouissime est haec.


SERMO IN Solutione.

Caput L.

**S**E solutione sermo noster amplius inuit, solutione res sicce in aquam esse reductionem. Dicimus igitur, quoniam omnis solutio perfectio adducitur cum aquis subtilebus, & maxime acutis & acerbis & ponticibus fecem nullam habentibus, sicut est actum distillatum, & vna

acerva, & pira multae acritudinis, & mala granata similiter distillata, & his similia. Fuit autem causa inuentionis eius subtilitatio eorum, quae nec fusionem nec ingressionem habent. de quibus magna utilitas amittebatur spirituum fixorum, & eorum quae suae naturae sunt. Nam omne quod soluitur, necesse est salis, aut aluminis, vel eorum consimilium naturam habere. Est autem natura eorum, quoniam fusionem dant ante illorum vitrisificationem. Ergo & spiritus soluti fusionem prestabunt similiter similes. Cum ergo multae ex natura sua corporibus & sibi inuisum conueniant, stabita fusione, necesse est per illam corpora penetrare, & penetrans do transmutare. Ad hoc vero sine magisterio non peruenitur, quod est salis licet, vepost solutionem & coagulationem illius administratur illi aliquid ex spiritibus purificatus, non fixus. Et totiens ab illo sublimatur, quousq; secum maneat, et illi velociorem praestet fusionem, & ipsum in fusione a vitrisificatione conseruet. De natura enim spirituum et corporum est, non vitrisificari, & a vitrisificatione commixtum saluare, donec in eo fuerint.

Spiritus ergo qui in agis natura seruauit spiritus magis a vitrisificatione defendet. Magis autem seruauit spiritus solummodo purificatus, si purificatus fixus calcinatus atq; solutus. ideo necesse est illi admisceri. Resultat enim in his bona fusio, et ingressio, et fixio stans. Ex operibus autem naturae probare possumus, sola salium & aluminum et similitum naturam seruantia,



LIBER

SERMO in coagulatione  
Caput II.

solubilia esse. Non enim in operibus illius omnibus considerantes, inuenimus alia solui, præter illa. Igitur quæ cumq; soluntur, necesse est per illorum naturam solui, per reiterationem calcinationis & solutionis. Ideoque probamus per illud, omnia calcinata ad salium vel aluminum naturam apta proximate, ideo sese in proprietatibus necesse est concomitari. Modus vero solutionis duplex est, scilicet per simum calidum, & per feruentem aquam. Quorum est una intentio, & unus effectus. Modus ergo per simum est, ut ponatur calcinatum in ampullam vitream, & super illud fundatur quantitas aceti distillati, vel confusio, dupli eius, & obturetur caput suum bene ne respiret, & sub fumo tepido triduo dimittatur, & postea per distillationem filtri solum remoueatur. Non solum vero iterato calcinetur, & post calcinationem iterato similiter soluat, donec per reiterationem operis super illud, totum soluat. Modus vero qui per ebullientem aquam fit, velocior est. Et est ut calcinatum in ampulla similiter ostendatur cum aceto, obturato foramine, ne respiret, quæ in caldario pleno aqua & stramine sepeliatur, ut in distillationis modo per aquam præceptum attulimus per ordinem, & postea succundatur sub ea ignis, donec aqua per horam feruat. Post hoc vero solum distillentur, & scorum feruetur. Non solum vero iterato calcinetur, & iterato eodem ordine soluat, donec per reiterationem totum soluat. Descriptio eius quod nunc dictum est, hæc est,

**C**oagulatio est rei liquore ad solidam substantiam, per humiditatem privationem reductio. Est ergo duplex, inuentionis causa illius. Vna scilicet argenti viui induratio. Altera vero inuentionis causa est, medicinarum solum ab aqueitate illis admixta absolutio. Diversificatur ergo secundum ipsorum coagulandos rum multipliciter. Alia enim argenti viui coagulatione indiget, alia vero soluta, id est, soluta medicina. Est tamen ipsius argenti viui duplex coagulatio. Vna quidem per ablationem totius ab illo humidi inuentionis. Alia per inspissationem ipsius humidi, quousque induretur. Congelare autem illud difficillime atque laboriose accidit, cum profunditate perspicacis industrie, & nos narrabimus omne ingenium coagulationis illius. Ingenium igitur coagulationis illius cogitauerunt quidam fore per conseruationem illius in ignis temperamento. Qui cum illud putarent coagulasse, post remotionem eius ab igne, inuenerunt illud fluere sicut prius. Per hoc igitur in superem & in admirationem adducti sunt, vehemens ter arguentes, ad hoc pueniri non posse. Alij vero necessario ex principijs naturalibus supponentes, humidum quodlibet ab ignis calore in siccitate coactum, conati sunt cum perseverantia instantia continuare illius conseruationem in igne, & per hanc continuationem


SECUNDVS XXVIII

ad hoc diuenerunt, ut ex eis aliqui in album, aliqui vero in rubeum coerterunt lapidem, aliqui vero in citrinum, cuius non fuit visio nec ingressio. Et harum diuersitatum causam non potuerunt estimare, ideoque illud abiecerunt. Alij vero cum medicinis illud coagulare conati, & ad hoc non peruenierunt, sed accidit eis illusio, aut quia non coagulauerunt, aut quia insensibiliter extenuatum est, aut coagulatio eorum non fuit in forma aliius cuius corporis. Et horum diuersitatis causam ignorauerunt. Alij medicinas artificiosas componentes, illud in protectione coagulauerunt. Sed eorum non fuit coagulatio utilis, quoniam ad imperfectum corpus illud conuerterunt. Et causam huius similiter videre non potuerunt. Horum igitur nos narrare causas expedit, ut ad coagulationis magisterium illius artificiter perueniat. Ut autem iam a nobis sufficienter narratum est, vniuersum est substantie argenti viui. Quare non est possibile in breui spatio temporis per conseruationem illius in igne, aqueitate remouere suam. Nimirum igitur festinatio, causa fuit primi erroris. Cum enim subtilis sit substantia, ab igne recedit. Ignis igitur excessus, est causa erroris illorum, a quibus fugit. Commiscetur cum sulphure, arsenico, & marcesita de factis, propter comunitatem in natura sua. Ideoque per illa apparet coagulatum non in forma corporis, sed argenti viui cum plumbo mixtum. Non enim hæc fugitiua sunt, possunt illud in ignis pugna tenere, quo

usque ad corporis naturam perueniat. Sed fugiunt secum per ignis incursionem, & ideo illud est causa erroris eorum qui sic coagulant. Habet utique similiter argenti viui humiditatem multam sibi unitam, quam ab illo separari non est possibile, nisi per ignis autam violentiam, & per conseruationem eius in suo igne. Et est simul ignis, quem illi augmentando secundum exigentiam suæ tolerantie, illius humiditatem tollunt, non relicta sibi parte ad fusionem metallicam sufficiente, qua remota non sum dicitur. Et hæc est causa erroris illorum, qui in lapidem illud coagulant non sensibilem. Habet similiter partes sulphuris naturaliter sibi admixtas, quod tamen plus, quoddam vero minus, quod remouere per artificium, est possibile contingere. Cum igitur sit sulphuris proprietas, cum argenti viui rubeum vel citrinum (secundum mensuram suæ quantitatis) curare, eius ablatione proprietas argenti viui uerit, albedinem dare per ignem. Hæc igitur est causa varietatis colorum illius post coagulationem eius in lapidem. Habet similiter terreitatem sulphuris admixtam, quibus infici omnes suas coagulationes necesse est. Et hæc est causa erroris illorum, qui illud in corpus imperfectum coagulant. Ex diuersitate igitur medicinarum illius coagulationis accidit, diuersa in coagulatione illius creati corpora, & ex diuersitate illius similiter quod coagulandum est. Nam si medicina vel illud habuerunt sulphur non fixum, necesse est corpus

E iij





LIBER 32

molle ex illo creati. Si vero fixum, ne esse est durum. Et si album, album. Si vero rubra, rubrum. Et si remissum ab albo vel rubeo, similiter necesse est fieri. Et si terream, imperfectum. Si vero non, non. Et omne similiter non fixum, si iudum creat, fixum vero non, quantum in illo est. Pura vero illius substantia pura creat corpus, non pura vero contra. Accidit etiam & similiter in solo argento vivo, absque sulphuris commixtione, diversitas eadem, propter diversitatem mundationis & preparationis illius in medicina. Ideoque contingit ex parte medicinae diversitas illa, ut quoad hoc in coagulatione illius plumbum, quandoque vero iupiter, quandoque Venus, & quandoque Mars fiat, quod propter impuritatem accidit. Quandoque vero Sol, quandoque Luna, quod ex puritate venite necesse est, et consideratione colorum. Coagulatur igitur ex frequenti illius precipitatione cum violentia ad ignis asperitatem. Asperitas enim ignis asperitatem illius defacili remouet. Hoc enim super vas, cuius figura sit



LIBER 32

multe longitudinis, in quo inueniunt refrigerij locum adhaerentiae & quietis in eius spondilibus, propter suam longitudinem, & non fugere viam, quo usque iterata vice ad illius fundum precipitetur multa caliditate ignitionis, cum reiteratione multa, quousque fiat fixum. Coagulatur similiter ex diuturna retentione in suo igne, cum vase vitreo, cuius collum sic multae longitudinis, & in ventre figuram ampullae habeat, cum continua collae eius aperture, ut per illam possit humiditas eius evanescere. Coagulatur vero per medicinam illi convenientem. Et nos illam tibi narrabimus in sequentibus, sicut in cap. lxxvij. aperit. Hic vero & similiter, ut in ceteris nem nostris super illo narremus complectam, secundum quod per nostrum inuenimus experimentum. Et est medicina illius, quae maxime illi in profundo eius adheret, & est per minima commiscetur ante illius fugam. Ex rebus ergo et convenientibus, necesse est illa colligere. Sunt autem huiusmodi corpora omnia, & sulphur vel arsenicum. Sed quia non videmus corpora aliquid in natura sua illa coagulare, sed ab eis ipsum fugere, quantum eis fuerint fugae convenientis, ideoque considerauimus, nullum corpus illi in profundo adherere. Subtilioris ergo substantiae & liquidioris fusionis necesse est medicina illa esse, quae ipsa corpora. Ex spiritibus etiam non videmus, illis in natura sua manentibus, firmam & stabilem coagulationem fieri illius, sed fugitiam, & multae infectionis.

SECUNDVS XXIX

Quod quidem contingit, alteris propter spirituum fugam, alterum vero ex terete & adustibilis substantiae illorum commixtione. Ideoque ex hoc manifeste dicitur, ex quacunque re medicina illius elicitur, ipsam necesse est debere esse subtilissimam & purissimam substantiam, illi adhaerentis ex natura sua, & facillime liquefactionis, & tenuissima ad modum aquae, & fixae super ignis pugnam. Haec enim ipsum coagulabit, & in naturam solarem vel lunarem conuertet. Modos ingeniorum medicinae tibi dedimus, ad quam per illos peruenire potes, & ipsam sermones tibi proprio determinauimus. Sollicite igitur ad illam exerciteris, & eam inuenies. Sed ut nos non increpare possis ex eius insufficientia, dicitur quoniam ex ipsis corporibus metallicis cum suo sulphure vel arsenico preparatis, haec medicina elicitur, ex similibus solo sulphure vel arsenico preparatis, & ex solis similibus corporibus elid potest. Ex solo vero viuo argento facilius, & propinquius, & perfectius inuenitur. Quoniam natura propriae naturam amplectitur amebilibus, & ea gaudet magis quam extranea. Et est in ipso facilitas extractionis illius substantiae subtilis, cum iam in actu subtilem habeat substantiam. Modi vero inuentionis huius medicinae sunt per sublimationem, ut a nobis narratum est sufficienter. Modus vero fixationis illius in capitulo suo similiter narratus est. Coagulationis vero solutorum modus est, per ampullam in cineribus vsque ad collum



SERMO DE fixatione. Caput liij.

XXIXI vero, est rei fugientis ab igne conueniens adaptatio. Causa vero inuentionis ipsius fixationis est, ut omnis tinctura omnisque alteratio perpetuetur in alterato, & non mutetur. Diuersificatur vero et ipsa similiter secundum rerum figendarum multipliciter, quae sunt videlicet corpora quaedam a perfectione diminuta, sicut saturnus, iupiter, & venus. Et secundum diuersitatem ipsorum spirituum, qui sunt scilicet sulphur & arsenicum, in gradu suo, & argentum viuum in alio, in tertio vero marchesita, magnesia, & tertia, & horum similia. Figuntur igitur corpora haec a perfectione diminuta per suam calcinationem, quoniam absoluuntur per eam a sulphureitate volatilia & corrumpente. Et hanc sufficit



XIXX LIBER 12

enter in sua narraimus oratione, scilicet in capitulo calcinationis. Fixuntur ergo sulphur & arsenicum duobus modis, scilicet per reiterationem sublimationis super illa in vase aludel, quousque stent. Est igitur ex hoc intentio fixationis fixionis illorum, ut ingenieris ad inuentionem multiplicis sublimationis reiterationis in breui tempore, quod per duo fit aludel, cum duplicibus suis cooperculis, hoc ordine scilicet, ut nunquam ab actu sublimationis desistas, donec fixa fuerint. Projiciantur ergo cum in vno ascenderunt, in aliud a ludel, & sic alternata vice fiat. Et nunquam otiosa permittentur aludel spondilibus adherere, quin in continua sint ignis elevatione, quousque cesset illorum eleuatio. Quotocumque enim in breuiori tempore poteris multiplices sublimationis reiterationes multiplicare, tanto celerius & melius continget ipsius fixationis tempus abbreviare. Ideoque fuit secundus fixationis modus inuentus, qui est per ipsius sublimandi precipitationem, ad calorem, ut continetur in illo sit, donec fixatur. Et hoc fit per longius vas vitreum, cuius fundus sit terreus, & non vitreus (quoniam scinditur in partes) illi artificialiter cum clausura bona connexus, & per spatulam ferream uel lapideam ad spondilia



eius adhaerit, desciat ad ima caloris continue, per alternas vias, quousque fixatur. Fixionis vero modus argenti vix est idem cum modo fixationis sulphuris & arsenici, & non diuersificatur inter se nisi in hoc, quod non possunt sulphur & arsenicum figi, nisi prius eorum partes inflammabiles tenuissimas, subtili diuisionis artificio ab eis separantur, per hunc vltimum fixationis modum. Argentum vero vitium hanc considerationem non habet, & ad hoc similiter temperiori calore, quam argentum vitium indiget in hoc modo. Similiter diuersificatur, quia in longiori figuntur tempore quam argentum vitium. In eo similiter, quousque nam altius eleuantur propter suam tarditatem quam argentum vitium. Ideoque longiori vase indigent quam argentum vitium ad suam fixationem. Fixio vero marchelice, magnesice, & tutie est, ut cum post primam suam sublimationem acquisuerimus quod ex eis volumus, abiectionis illorum fecibus, reiteremus super ea sublimationem, totiens conuertendo quod superius ascendit ad id quod inferius remansit, ex vnoquoque illorum, quousque fixantur. Horum vero descriptio vasorum iam tradita est.


SECUNDVS XXXX


SERMO DE CERATIONE.

Caput lxxij.

**C**ERATIO EST duritiei non subtilis mollificatio, ad liquefactionem. Ex hoc igitur manifestum est, quod causa inuentionis huius fuit, ut & quod ingressionem ex priuatione suae liquefactionis non habebat in corpus ad alterationem, mollificaretur ut flueret, & ingressionem haberet. Putauerunt ideo aliqui, cerationem debere de oleis liquidis & aquis fieri. Sed erroneum est illud & a principijs huius magisterij naturalis semotum penitus, & ex manifestis nature operibus reprobatum. Naturam enim non videmus in ipsis corporibus metallicis humiditatem cito terminabilem, immo diu durabilem, ut patet per iteram subsequens, ad illorum fusionis & mollificationis necessitatem posse. Si enim tale illis posuisset, relinquere nec cessario, ut citissime scilicet ignitione vna, corpora totaliter humiditate priuari contingeret. Quare ex illo sequeretur, post vnam ignitionem corpus quodlibet nec malleari nec fundi possibile. Quamobrem inquantum imitates nature opera possumus, necesse est nos modum nature in cerando sequi. Cerat autem ipsa in radice cerationis subtilissimum humiditate, que super omnes est humiditates, expe-

ctans ignis calorem. Igitur etiam nos consimili cerare humiditate necessario expedire. In nullis autem rebus melius & possibilis hac humiditas ceratio inuenitur, quam in his, videlicet sulphure & arsenico propinquius, propinquius autem & melius in argento viuo. Horum autem humiditatem non videmus terram illorum relinquere, propter fontem vnicum, quam in opere fixationis natura habuerunt. In omnibus autem rebus alijs humiditatem habentibus, experimento inuenies, ea in resolutione a terrea sua substantia separari, & post illius separationem omni humiditate priuari. In spiritibus autem prædictis hoc minime contingit. Ideoque non est aliud, per quod ab illorum incerationis acceptione excusari possumus. Modus ergo cerationis est per illos, ut totiens super rem cerandam multiplicetur eorum sublimatio, quousque in illa cum humiditate sua manentes, fusionem bonam præstent. Hoc autem non fierante illorum perfectam mundationem, ab omni re corruptente. Sed mihi melius videtur, ut eorum olea prius figantur, per oleum tartari, & cum illis fiat omnis ceratio compositens & necessaria ad hanc artem.






LIBER TERTIVS, DE USU A SECUNDO.

SERMO GENERALIS IN COGNITIONE PRINCIPIORVM

PRINCIPIORVM itaq; huius magisterij distinctione tradita, necesse est ex promissione nostra intentu huius artis completere profectui, sermo enim conueniente. Et est scilicet consideratio omnis rei, per quam perfectio huius operis aperius ostendatur. Et consideratio necessitatis perfectionis medicinæ, scilicet ut discatur, ex qua re melius vel propinquius eliciatur illa, ad omnem imperfectionem huius artis. Et consideratio similitudinis artificiorum, per que cognoscimus an perfectio sit completa. His itaque traditis, & tota erit perfectio tradita cognitio, secundum nostre artis indigentiam.

SERMO GENERALIS IN COGNITIONE PRINCIPIORVM CORPORUM.

Caput Iii.



LIBER

COGNOSCERE

VERO non est possibile transmutationem corporum vel ipsius argenti, nisi super mentem artificis deueniat vera cognitio illorum nature, secundum suas radices. Prius igitur corporum principia notificabimus, quid scilicet sint secundum causas suas, & quid boni, vel mali in se contineant. Præterea vero ipsorum omnium corporum naturas, cum suis omnibus proprietatibus monstrabimus, quæ videlicet sint cause corruptionis illorum, cum suis experientijs probabimus.

SERMO PARTICVLARIS IN COGNITIONE SULPHURIS & ARSENICI.

Caput Ivi.

ARGO IN primis spirituum natura, qui ipsorum sunt corporum principia, affirmatae que sunt videlicet sulphur arsenicum, vi. & suis

um compar. Dicimus igitur, quoniam sulphur & arsenicum pinguedine sunt terre, ut a nobis narratum est. Cuius experientiam & manifestam probationem dicitur per illius facilem inflammationem, & facilem eius liquefactionem, per calidum. Non enim inflammatur, nisi quod oleum genum,

TERTIVS

XXXI

nec liquefit per calidum facile, nisi quod illius naturam habet. Sulphur itaq; & illius compar, causam corruptionis habent, inflammabilem substantiam, & terre feculentiam. Causam vero perfectiorem habent mediam, inter hanc videlicet & illam. Est igitur, causa corruptionis in illo terretas, per hoc, quod non fusionem nec ingressione habet. Et similiter inflammabilem substantiam, quia nunc stat, nunciat facit, & quod nigredinem ex omni genere eius præstat. Causa igitur perfectionis in illis est medicinis illarum substantia, quia per illius terretatem non turbatur ab ingressione, quæ per fusionem bonam perficitur. Et per illius subtilitatem non remouetur eius impressio de facili, propter fugam. Non est autem medicinis illorum substantia perfectionis causa corporum vel argenti, nisi si ligatur. Quæ cum non fixa sit, licet eius impressio non remouetur de facili, non tamen stabiliter perpetuatur. Ex his itaq; illius elicitur, medicinam substantiam diuidere, necesse est. Diuidere autem putauerunt quidam impossibile esse, propter fortem illius mixtionem. Et illi quidem suis operibus manifestis aduersi sunt. Nam ipsum sulphur calcinauerunt, & licet non multum, quod nullam fusionem nec inflammationem dedit. Sed illud per diuisionem necesse est euenisse, quoniam sulphur in sua naturali comixtione permanens, necesse est inflammari & comburi. Ergo per diuisionem diuersarum substantiarum in illo, relinquatur, partem

magis in ipso inflammabilem, a partibus non inflammabilibus seorsum in artificio separari. Nam si possibile est, per calcinationem ad remotionem omnium inflammabilium partium in illo peruenire, necesse est eorum naturalibus operibus eos conferri, ad omnem partium diuisionem peruenire. Sed quia hoc dependet ex subtilissimo artificio, cogitauerunt fore impossibile. Patet itaq; ex præmissis in capitulo, quod non est sulphur de veritate nostre artis, sed pars eius. Et nos iam deduximus te in cognitionem artificij, per quod ad illius diuisionem possibile est deuenire. In arsenico vero, quia in radice sue minere, per actionem nature resolutæ sunt mixte illius partes inflammabiles, ideo artificij separationis eius est facile. Sed ipsum est albedinis tinctura, sulphur vero rubedinis. In sulphuris igitur diuisione magnam adhibere cautelam, necesse est.

SERMO IN COGNITIONE NATURE MERCURIJ.

Caput Iviij.

IN argento viuo & similiter necesse est superflua demere. Habet enim corruptionis causas, videlicet terram, & adustibilibus ab ipso inflammatione quæ tatis substantiam. Putauerunt autem aliqui illud non suam persuum habere terram vel immunditiam, sed vanum est quod cogitas.



tur ab eis. Videmus enim ipsum multae fluiditatis, et non albidum. Et similiter per lae artificium videmus ex illoteriam nigram & feculentam emanare, per lauationem videlicet, cuius modum narrabimus. Sed quia duplicem est per illud perfectionem elicere, et illud perficere, ideoque necesse est ipsum duplicis mundationis gradu preparare. Praeterea duae mundationes Mercurij necessariae. Una per sublimationem ad medicinam, & haec hic inuenitur. Alia per lauationem ad coagulationem, & illa inuenitur. Sunt enim in paragrapho, Secundus vero. Si enim volumus medicinam ex illo creare, tunc necesse est a feculentia suae terretatis mundare per sublimationem, ne in projectione creet corpus losem fluidum, & ipsius aequitatem fugitivam delere, ne & totam medicinam fugitivam in projectione faciat, & medicinam illius substantiam saluare per medicinam. De cuius est propria te non aduri, & ab aduisione defendere, & quae non fugit, et fixum facit. Probamus itaque perfectum esse illud manifestis experientijs. Nam videmus argentum viuum argento viuo magis adherere, & eidem magis amicti post illud vero aurum, et post haec argentum. Ideo ex hoc erit inquit, ipsum esse suae naturae magis. Alia vero videmus corpora non ad illa tantam conformitatem habere, & ideo ipsa veridice inuenimus minus de sua natura participare. Et quare cumque videmus plus ab aduisione saluari illa consideramus plus suam naturam possidere. Ideoque relinquatur,

ipsum argenti viuum esse perfectum, & aduisionis saluatiuum, quod est perfectionis vitium. Secundus vero mundationis gradus est ad ipsum coagulationem. Et est, ut sufficit illi solummodo lautio super terretatis per unum diem. Cuius modus hic est. Sumatur patella terrea, & in ea mixtatur argenti viuum, super quod fundatur aceti fortissimi pauca quantitas, vel alterius rei conuenientis, quae sufficit ad cooperendum illud. Post immittatur ad ignem lentum, ne feruatur, & agitur continue cum digitis super fundum patellae, ut diuidatur argentum viuum in similitudinem subtilissimi pulueris albi, donec totum aetum euaporauerit, & ipsum argenti viuum redeat. Postea vero quod feculentum & nigrum videris ex illo emanasse, lava & abijce. Et haec iterata vice multiplicata, quousque videris colore suae terretatis, & clarum mixtum albo & coelestino colore perfecte mutari, quod perfecte lauationis est signum. Cum igitur peruenit ad illud, proiectat super ipsum medicinam suae coagulationis, & coagulabitur in solidum & lunificum, secundum quod ipsa preparata extiterint. Et ipsius narratione in sequentibus ponemus. Ex iam igitur dictis patet, & similiter argenti viuum non esse perfectum in natura sua, sed illud quod est ipso producit per artificium nostrum. Et similiter in sulphure & eius copari est inducere. Non ergo in his possibile est naturaliter naturam sequi, sed per nostrum artificium naturale,

SERMO DE COGNITIONE VERE MARCHESITAE, MAGNETICAE, & TUTIAE.

Caput lviij.


**D**E alijs autem spiritibus naturalem necesse est nos facere traditionem qui sunt scilicet marchesita, magnesia, & tutia, impressionem magis in corporibus facientes. Et ideo dicimus quid sint in probationibus suis in hoc capitulo. Dicimus igitur quod marchesita duplicem habet in sui creatione substantiam, argenti viui scilicet mortificati, & ad fixationem appropinquatis, & sulphuris adurentis. Ipsam habere sulphureitatem comprobimus manifesta experientia. Nam cum sublimatur, ex illa emanat substantia sulphurea manifesta, comburens. Et sine sublimatione similiter perpendit illius sulphureitas. Nam si ponatur ad ignitionem, non sufficit illam priusquam inflammatione sulphuris inflammetur & ardeat. Ipsam vero argenti viui substantiam manifestatur habere sensibilibiter. Nam albidum praestat Veneri mercurij, quemadmodum & ipsum argentum viuum, & colorem in illius sublimatione coelestem praestare, & luciditatem manifestam metallicam habere videmus, quae certum reddunt artificem, illam has substantias continere in radice sua. Magnesia vero sulphur plus turbidum, & argentum viuum

magis terrea & feculentum, et ipsum sulphur similiter magis fixum & minus inflammabile habere, per eadem probare experientias manifeste poteris, & ipsam magis naturae martis appropinquare. Tutia vero, est fumus ipsorum corporum alborum, & hoc manifeste probatioe penditur. Nam protecto fumo mixtionis lous et venis, adherente in spondilibus fabricae fabricorum, eandem impressionem facit cum ea. Et quod fumus Metallicus non redit, nec ipsa similiter sine alicuius corporis admixtione. Ideo cum fumus ipsa sit alborum corporum, alba non dicitur at corpora, sed rubra. Nam citrinitas non est aliud, quam rubra & albi determinata proportio. Ideoque ipsa propter sui subtilitatem magis ad profundum corporis penetrat. Et ideo magis alterat quam suum corpus, & magis adheret in examine pauco artificio, quod iam tibi narratum est. Quaeque igitur alterantur, per argenti viui virtutem, vel sulphuris, aut horum similibus necesse est alterari, quoniam haec sola communicant in natura ad ipsa corpora.

DE ESSENTIA SOLIS.

Caput lxx.

**D**E Corporibus igitur ampliato sermone eorum intimam narremus essentiam. Et primo de sole, postea de luna, vltimo vero de alijs, secundum quod videbitur expedire cum suis probationibus, quae per



LIBER

experimentum habentur. Est igitur sol creatus ex subtilissima subiecta argenti viui, & clarissima fixura: & ex substantia pauca sulphuris mundis, & purpureis, fixi clari, et a natura sua mutati, tingentis illum, scilicet mercurium. Et ideo quia continet diuersitas in coloribus ipsius sulphuris, necesse est & auri citrinitate diuersitatem habere similitur. Est etiam quoddam magis, quoddam vero minus in citrinitate intensum. Quod ipsum cum sit ex subtilissima argenti viui subiecta, per se ad id ipsum, quia arg. vi. de facili illud suscipit. Non enim ar. vi. aliud est suę nature suscipit. Quod vero darum & mundam illa substantia habuit, per splendorem eius fulgorem & radiantem manifestatur, non solum in die, verum etiam in nocte manifestante. Quod verofixam & sine sulphureitate comburentur habet, patet per operationem illius ad ignem: nam nec minuitur, nec inflammatur. Quod vero ipsum sit sulphur tingens patet per hoc, quod admixtum argenti viui ipsum in colorem transfertur rubrum: & quod sublimatur forti ignitione de corpore sua, ita quod illorum ascendat subtilitas, cum eo citrinissimum creat colorem. Patet igitur, quod cum pura puri colorem generat, cum non pura non purum. Qui vero probationis suę citrinitatis ostensione indiget, sensum non habet: quod per visum perficitur. Subtilissima igitur argenti viui substantia ad fixationem deducitur, & puritas eiusdem: & subtilissima sulphuris materia fixa, et non aduersus, tota ipsius auri materia est essen-

TERTIVS

tialis. Maior vero argenti viui idem maiorem argenti, viui habet ingressionem in illud. Igitur quocumque volueris alterare, ad huius exemplar altera, ut ipsa ad æqualitatem eius perducas. Et modum iam ad illud nos dedimus. Et quia subtiles habuit & fixas partes, ideo ponuntur partes eius multitudine densari. Et hæc fuit causa sui magni ponderis. Per multam vero operatam a natura decoctionem, facta est ex illo paulatim resolutio, & inspissatio bona, & vltima mixtio, ut cum ignitione liqueat. Ex præsentibus igitur patet, quoniam multa quantitas argenti viui est causa perfectionis: multa vero sulphuris causa corruptionis. Et visio in substantia est causa perfectionis: oppositum vero corruptionis. Igitur si ceciderit super ipsum argenti viui sulphur non debet, nec esse est secundum diuersitatem illius diuersas corruptiones adduci. Potest enim sulphur quod super illud cadit, fixum, non adustibile esse totum, aut totum adustibile, & fugiens in natura sulphuris: aut fugiens, & non in natura sulphuris: aut partem fugientis, partem vero fixi tenere: sed in parte naturam sulphuris tenere, in parte vero non: aut totum mundum, aut medium immundum: aut multa quantitas, aut pauca, superans in commixto: aut pauca quantitas superatam in illa: aut nec superans nec superatam: aut albam, aut rubram, aut medietatem. Ex his itaque omnibus diuersitatibus necesse fuit in natura diuersa creati corpora, & his similia: quas omnes oportet narrare nos, cum probationibus manifestis,

XXXIII

SERMO IN COGNITIONE NATURÆ LUNÆ.

Caput lxi.


**S**AM ergo patet ex præcedentibus, quod si ceciderit sulphur mundum fixum rubrum clarum super substantiam argenti viui puram, non superans, immo pauca quantitas superatum, creatur ex hoc aurum purum. Si vero fuerit sulphur mundum fixum album clarum, quod ceciderit super substantiam argenti viui, sit argentum purum. Si in quantitate non sit perit, diminutam tamen habet puritatem ab auri puritate, & spissius densum grossiorem est aurum. Cuius signum est, quod non densantur partes eius in tantum, quod auro componderet, nec ita fixam substantiam habet, ut illud. Signum est diminutio eius per ignem, & sulphur eius, quod non est fixum, nec incombustibile, causa est illius. Ergo sulphur in illo huius sit dispositionis, per illius paulatim inflammationem probatur. Idem autem fixum ad aliud quidem, & ad aliud relatum esse, impossibile non est autumandum. Lunæ enim sulphureitas ad auri sulphureitatem relata, non fixa, & comburens est. Ad aliorum vero sulphur corporum fixa & non comburens.

XXXIII

SERMO IN COGNITIONE NATURÆ MARRIS.

Caput lxi.

**S**I vero fuerit sulphur fixum terreum, argento viuo fixo terreo commixtum, & hæc ambo non purgata, sed albedinis fluidæ fuerint, cuius superantia quantitas sit sulphuris summa, fit ex his ferrum. Quoniam superantia sulphuris fixi fusionem prohibet. Ideo ex hoc res liquitur, sulphur velocius liquefactiois festinantiam per opus fixioris non perdere est argenti viui. Non fixum vero videmus citius est argenti viui liquefieri. Ex his vero manifestatur causa velocitatis fusionis et tarditatis in corporum vnoquoque. Nam quod plus de terro habet sulphur, tardius, quod vero plus de adurentate, facilius et citius fusionem suscipit. Quod satis aperte relinquitur a nobis fore monstratum. Quod igitur ipsum fixum tardiorum faciat fusionem, manifestatur per hoc, quod ipsum nunquam nisi calcinetur, figitur, & calcinatum nullam dat fusionem. Ergo in omnibus illa impedire debet. Quod vero nisi calcinetur non figatur, patet experimento illius qui illud figit non calcinatam, quoniam ipsum inuenit semper fugere, donec in terram vertatur. Cuius similitudo est calidus natus. Hoc autem minime in argento viuo contingit, quoniam iam figi potest absque hoc, quod in terram vertatur, & figi summa



LIBER

lter cum cōuersione illius ad terram  
felleet potest. Non per fixationem  
ad eius fixationem, quæ per præcipita  
tionem perficitur, figitur, & in terram  
mutatur. Per succelluam vero illius  
iterata vice sublimationem figitur si  
militer, & non in terram vertitur, im  
mo fusionem dat metallicam. Hoc aut  
em manifestum est, & illi probatum  
qui vrasq; fixationes illius expertus est,  
vscq; in illius consummationem festi  
nam precipitationem & tardam, per  
succelluam sublimationes. Vidit enim  
& inuenit sic, vt a nobis scriptum su  
cepit. Et illud ideo, quoniam viscolam  
& densam habet substantiam: cuius  
signum est coactio illius, cum ambi  
tione & mixtione cum rebus alijs.  
Sentitur enim in illo manifeste visco  
sitas illius per multam adhesionem.  
Densam autem substantiam illud ha  
bere, manifeste videt monoculus per  
illius aspectum & præponderis sui.  
Auro enim præponderat, cū in na  
tura sua est: & est similitudo fortissima  
compositionis, vt narratum est. His  
igitur relinquitur, ipsum posse figi  
sine illius humiditatis cōsumptione,  
& abiq; in terram conuersione. Pro  
pter enim bonam partium adhesionem  
& fortitudinem sue mixtionis,  
si quo modo partes illius inspissens  
tur per ignem, vterius non permis  
sit se corrumpi, neq; per ingressum  
fumose flammæ in illud se in fumum  
vterius deuari permittit: quoniam ras  
refractionem sui non patitur, propter  
sui densitatem & carentiam adustio  
nis, quæ per sulphureitatem perficitur.  
Per hoc igitur inuentus est inuentione

vrifica duorum secretorū genus mi  
rabile duplex. Vnū scilicet causa cor  
ruptionis vniuersiulque metallorum  
per ignem: quarum vna est inclusio  
adurentis sulphureitatis in illorū sub  
stantia, per inflammationem illa dis  
minuentis & exterminantis in fumū  
vltima consumptione, quantumcuq;  
in illis arg. vi. bonæ fusionis exterior.  
Altera vero est multiplicatio flammæ  
exterioris super illa penetrantis, & se  
cum in fumum resoluentis, cuiuscūq;  
fixationis in eis ipsum sit. Tertia vero  
est rarefactio ipsorum per calidatio  
nem. Tunc enim flamma vel ignis sine  
illa in ea penetrare potest, & ipsa  
exterminare. Si igitur omnes corrup  
tionis cause cōueniant, maxime cor  
pora corrumpi necesse est. Si vero nō  
omnes, remittitur corruptionis veloci  
tatis vniuersiulq; corporis, secundum  
remissionem illarū. Secundum genus  
est bonitas, quæ per ipsum considerat  
tur in corporibus. Quia igitur ar. vi.  
propter nullas causas exterminatio  
nis in partem cōpositionis illius diuidi  
permittit: quia aut cum tota sui subs  
tantia ex igne recedit, aut cum tota in  
illo permanens ita notatur in eo nec  
essario perfectionis causa. Laudetur  
igitur benedictus & gloriosus altiss  
musq; creatur illud: dō dō inq; illi sub  
stantiam & substantię proprietates:  
quas non contingit ex rebus vllam in  
natura possidere, vt in illa possit in  
ueniri hoc perfectionis, per artificium  
aliquid, quod in illo inuenimus pos  
sentia propinqua. Ipsum est qd ignē  
superat, & ab igne nō superat: sed in  
illo amabiliter requiescit eo gaudē,


TERTIUS

XXXIII

SERMO IN CO  
gnitione naturę aris, vno  
Capit lxij.

**R**Edentes igitur ad pro  
positum dicimus, qd si  
fuerit sulphur immu  
dum grossum fixum, se  
cundum sui maiorem  
partem: secundum vero sui minorem  
non fixum, rubrum, liuidum, secun  
dum totum, non superans neq; supē  
ratum, & ceciderit super argentū vi  
grossum, ex eo res creati necesse est.  
Horum itaq; omnium probationem  
adducere per data ex natura sua con  
tingit. Nam cum illud ad inflamma  
tionem deponitur, flammā ex eo sul  
phuream discernere poteris, quæ sul  
phuris non fixi est signum. Et deper  
ditio suæ quantitatis per exalatiōem  
sulphur habere fixū, illa significatur  
per frequentem eius combustionem.  
Nam ex exitu sue fusionis retardatio  
& induratio sue substantię, quæ signa  
sunt sue multitudinis fixi sulphuris.  
Quod illud a se sit rubrum immu  
dum, ad hunc ar. viuo immundo, si  
gnificatur per sensum: vnde alia præ  
batione non indiget. Experimento  
itaq; elicias secretum. Vides enim os  
mum non calorē actione in terram  
mutatā, est facilitate solui, & ad aque  
naturam redigi. Hoc autem cōtingit  
propter partium sublimationem ab igne.  
Res igitur magis subtilis in natura pro  
pria ad hanc terram naturam reduc  
ta, magis subtilia. Igitur magis sol  
uiter: ita & quæ maxime, maxime.  
Ex his igitur patet causa corruptionis

& infectionis horū duorum corporū  
Martis scilicet & Veneris: quoniam  
est per sulphur multe quantitatis fix  
um & non fixum: pauca in Venere,  
minima vero in Marte. Cum igitur  
sulphur fixum in fixationē deuenit per  
calorem ignis, eius partes sublimantur:  
sed pars illa quæ est in apertitudine  
lutionis suæ substantię soluitur: cui  
ius signū est expositio horū duorum  
corporum ad vaporem aëris. Nam per  
illud flores in superficie sua sulphuris  
eorsū aluminositas, per calorem in illud  
creata subtilitatis. Et si posteris hęc  
duo corpora in liquorem ponticū, sol  
uentur de facili per ebullitionem mult  
te illorum partes. Et si respexeris in  
minis horū duorum, manifestā in  
uenies eis solutam aluminositatis  
substantiam stillare, & in illis adhæ  
ret: quæ aluminositas per ponticita  
tem & faciliem solutiōem in aquā mu  
tantur. Nō enim ponticū & facile solu  
bile reperit aliud qd alumen, & quod  
sua natura est. Nigredo vero in vno  
quocq; horū duorum corporū ad ignē  
creatur propter sulphur non fixū qd  
in illis cōcluditur: multū quidem in  
venere, parū vero in Marte, & ad natu  
ram fixi approximans. Ideoq; non de  
facili talem impressionē de Marte res  
moueri est possibile. Iam igitur patuit  
ex sulphure non fixo fusionem fieri et  
fusionem adiuari: ex fixo vero fusio  
nem nō fieri, & fusionē impediri. Ex  
ar. vero vi. fixo non est necesse fusio  
nē non fieri, & fusionē impediri. Illud  
scitū ex certis vtrū esse, qui nullo in  
genitōri fusionis sulphur potuit cons  
eruare in fusione post illius fixationē



LIBER T

Argentum vero viuum figi potuit per frequentem sublimationis reiterationem ad illud, eo bona fusionem suscipiente. Ex hoc itaq; manifestum est, corpora esse maioris perfectionis quae plus arg. vi. sunt contenta: minus minoris perfectionis. Studeas igitur in omnibus tuis opibus ar. vi. in commixtione superare. Et si per solium argen. vi. perficere poteris, praedico sissimam perfectionis indagatoris, & eius perfectionis quae naturae vincit opus. Mundare enim poteris intus, ad quod natura non peruenit. Probatio vero eius, quae quae maioris ar. vi. quantitatem sunt contenta, maioris sunt perfectionis, est scilicet facillime susceptio ar. viui. Videmus enim corpora perfectionis amabiliter argenti vi. suscipere. Ex precedentibus itaq; sermionibus relinquatur, duplitem fore in corporibus sulphureitatem. Vnam quidem in profunditate argenti viui conclusam, in principio suae mixtionis, alteram vero superuenientem. Quarum altera cum labore tollitur, alteram vero nullo artificiorum ingenio est possibile tolli, quod per ignem perficitur, ad quod posse nostra operatio congrue ac vtiliter peruenire, est iam secum ad eandem reiterationem vniuersum factum est. Et hoc experimento probatur, quod sulphureitatem ad usibilem videmus per ignem deleri, sulphureitatem vero fixam minime. Si igitur dixerimus corpora calcinatione mundari, intelligas utique a terrea substantia, quae non in radice suae naturae vniuersa est. Quoniam vniuersa mundare per ignis ingenium non est possi-

LIBER T

bile, nisi adueniat argen. vi. medicina occultans & contemperans illam, aut illam de commixto separans. Separatio autem terreae substantiae in radice naturae metallo vniuersa ab eius commixto fit, aut per elevationem est rebus substantia arg. vi. detrahitur, & sulphureitatem dimittentibus, propter convenientiam est eis, ut est tutia & marchita quoniam sumi sunt, quorum maior pars arg. viui est quantitas scilicet sulphuris. Et huius experientiam vides, quoniam si forti & subita fusione haec coniungatur cum corporibus, spiritus secum adducunt corpora in fuga sua. Ideoque tum eis deiare poteris, aut cum lauatione per arg. viui commixtionem quam narrauimus. Ar. enim vi. tener quod suae naturae est, alterum vero respuit.


SERMO DE COGNITIONE NATURAE STAGNI. Caput lxiij.

AC igitur inuestigatio ne proposita, nostrum propositum sequentes innuimus, quod si sulphur fuerit in radice commixtionis, sive album albedine non pura, non superans, sed superatum, cum argento viuo secundum partem fixo, secundum partem vero non fixo, albo non puro commixto: sequetur ex eo stagnum. Et horum probationem per preparationem inuenies. Quoniam si stagnum calcinaueris, senties ex illo sulphur fetore: quod signum est sulphuris non fixi. Et quia

TERTIVS XXXV

flammas non dat, nec putet illud fixum. Quoniam non propter fixitatem, sed propter superantiam argenti viui in commixtione saluatis a combustionis flammam non dat. Probatum ita est duplex in stagno sulphur: reitans duplex argenti viui substantia. Vna quidem sulphureitas, quae est: quia cum calcinatur fetet ut sulphur. Per primam probatur mixtionis experientia. Altera per continuationem illius in cale sua ad ignem: quae habet, quia magis fixa non fetet. Probatum vero duplex argenti viui substantia in illo. Vna quarum est non fixa, altera fixa, quoniam ante illius calcinationem frigidet, post vero triplicem ipsius calcinationem non frigidet, quod est, quia eius argenti viui fugiui substantia fridorem faciens euolauit. Quod vero argenti viui substantia sit substantia fugiui causa fridorem faciens, probatur per lauationem plumbi cum argento viuo. Quoniam si cum argento viuo plumbum laeuitur, & post lauationem eius illud fuderis cum igne non superante suae fusionis igne, remanebit cum eo argenti viui pars, quae plumbo fridorem adducit, & illud in stagnum conuertet. Et conuersio vero per mutationem stagni in plumbum illud considerare poteris. Nam per multiplicem calcinationis reiterationem ad illud, & magis illi ignis convenientis ad reductionis administrationem, in plumbum conuertitur: maxime vero cum per subtractionem sui scilicet cum magno calcinatur igne. Et harum substantiarum diuersitatibus certificari poteris per ingenia con-

seruationis illarum, vbi instrumentis propriis, & ignis modo eas diuidentis: ad quem nos peruenimus cum in fantasia, & vidimus cum certificatione nostra, nos verum per illud aliquid massae. Quid igitur sit quod post reiterationem duorum non fixorum ex loue, scilicet sulphuris & ar. vi. remaneat, sit certum reddere nos ex pedite: ut complete cognoscas ipsius louis compositionem. Est igitur illud liquidum: ponderosum, ut plumbum; maiori tamen albedine plumbo participans. Est igitur plumbum purissimum. Et est in ipso aequalitas fixationis duorum componentium, argenti viui scilicet et sulphuris. Non autem aequalitas quantitatis: quoniam in commixtione vincit argentum viuum: cuius signum est facilitas ingrossationis in illud argentum viuum in natura sua. Igitur si non maioris argenti viui in illo esset quantitas, non adhereret illi in natura sua sumptum de facili. Ideoque non adheret Marti nisi subtilissimo ingenio: nec Veneri propter paucitatem argenti viui in illis in commixtione sua. Ex hoc igitur patet, quia difficillime Marti adheret, Veneri vero facillime propter maiorem et partem argenti viui in ea: cuius signum est, fusio illius facili: Martis vero difficillima. Fixio vero harum duarum substantiarum ad firmam approximam fixationem: non autem fixa propterea est perpetua. Et huius est probatio ipsius corporis calcinatio: & post calcinationem ad fortissimum ignem expositio. Nam per eum non fiet diuisio, sed tota ascendet substantia: purificata tamen magis.



LIBER III

Videmus ergo substantiam sulphuris in stagno adurentem facilius separari q̄ in plumbo. Et huius experimentum vides per facilem lousi in durationem, calcinationem, & meliorationem sui fulgoris. Ideoq̄ considerauimus hęc corruptentia in radice sua non fuisse, sed ei postea adueniunt. Et quia in prima commixtione non fuerunt illi multum coniuncta, ideo facile possunt separari. Ideoq̄ alterationes in eo sunt velocis operis, mundificatio videlicet, induratio, & illius fixio. Et harum causas per ea quę iam a nobis tradita sunt, manifeste considerare potes. Et quia post has operationes, calcinationem scilicet & reductionem, considerauimus in fumo suo per magnā elevationem ignis expressionem, & vidimus illud ad citrinitatem pertinere, cum hoc sit de proprietate Sulphuris calcinati, estimauimus estimatiōe vera, in qua fumus certificati, sulphuris fixi naturam secum multam cōtinere. Qui igitur voluerint in hac nostra scientia videre veritatem, inuestigationem horum omnium perficiant cum sedulitate operis, donec per eam principia ipsorum corporum & proprietatem spirituum inueniant inuentione certa nec coniecturali, quam tradidimus in hoc nostro volumine sufficienter ad artis exigentiam.

SERMO IN COGNITIONE NATURę SATURNI.  
Caput lxxij.

LIBER III


**R**ESTAT nos igitur de saturno delinquentem ponere. Et dicitur mus, nō diuificatur a loue per calcinationis reiterationem ad illius naturam reductio, nisi quia immundiorē habet substantiam a duabus substantiis commixta grossioribus sulphure scilicet & argento viuo. Et quia sulphur in illo comburens est suę q̄ argenti viui substantię magis adheſiuum, & q̄ plus habet de substantia sulphuris fixi ad compositionē suam q̄ lupiter. Et harum probationes per experientias manifestas adducemus. Quod igitur ipsum sit maioris terre feculentię q̄ lupiter, manifestatur per visum, & per lauarum eius ab argento viuo, in hoc q̄ plus per lauarum emanat feculentię ab eo q̄ a loue, qui primum gradum calcinationis suscipit facilius q̄ lupiter, quod est signum multę terreitatis. Nam corpora pluriſ terreitatis facilius inuenimus calcinationis, & terreitatis pauca difficilius calcinationis. Et huius est probatio difficillima, Solis calcinatio completa. Et quia non reſtificatur eius feditas per calcinationis reiterationem sicut in loue, quod est signum maioris feditatis in principio ipsius eius ex natura sua, q̄ lous. Quod vero sulphuris quātitas cōbustibilis magis sit ar. vi. substantię adheſiuam in eo q̄ in loue, significat per hoc, q̄ nō separat de eoin sumā quantitatis notanda, quin sit citrini coloris multę trinitatis, cuius similiter est quod in fundo inferret ex eo remanet, necessario vnum triū esse signum

TERTIUS XXXVI

relinquitur, aut nullius quantitatis sulphuris cōbustibilis in eo, aut pauca, aut multum coniunctę, in principiorum propinquitate ad rationem commixtionis. Sed certificati fumus per illius odorem, ipsum aliter cuius esse quantitatis, & non patitur, immo multę, quia non remouet ab eo odor sulphuricitatis in breui tempore. Ideo considerauimus consideratione qua certū fumus sulphur comburens illius sulphuri nō combureti, ad naturam fixi approximanti, in argenti viui substantia vniuersi esse cōmixtum. Ideo cum scandit fumus eius necessario cum sulphure nō comburente scendit, de cuius proprietate est trinitatem terre. Quod vero maior quantitatis sulphuris non adurentis sit in ipso q̄ in loue, a nobis adducimus cum veritate, per hoc q̄ videmus totum colorem ipsius in citrinum mutari, lous vero in album in calcinationibus suis. Et ideo in hoc nobis aperta est via cause inuestigationis huius operis, per quod in calcinatione mutatur lupiter facilius in durum q̄ Saturnus, non autem in tarditatem liquefactionis velocis q̄ Saturnus. Et illud ideo, quoniam causa duritiei natura est sulphur, & argentum viui fixum. Causa vero liquefactionis est duplex, argentum viuum scilicet, & sulphur cōbustibile, quorum alterum quo ad fusionis perfectionem sufficit in vnoquoq̄ gradu eius, cum ignitione scilicet, & sine ignitione, scilicet argenti viui. Quia igitur in loue est multa argenti viui quantitas non verē fixa, remanet in il

lo multum liquefactionis velocitatis, & non remouet ab illo facilius. Causa vero mollificationis est duplex, argentum scilicet viuum, & sulphur cōbustibile. Quia igitur remouetur sulphureitas comburens ex loue facilius q̄ ex Saturno, ideo ex eo altera causa rum mollitiei remota, necesse est illud indurari calcinatum. Saturnus vero quia vtriusq̄ mollitiei causas fortiter habet coniunctas, non facile induratur. Est tamen diuersitas in mollitiei per argentum viuum, & mollitiei per sulphur. quoniam mollitiei per sulphur est cōlida, mollitiei vero per argentum viuum extensiuā est. Et hoc necessario probatur per hoc, q̄ videmus corpora multi argenti viui multę extensionis esse, corpora vero pauci, pauca. Et ideo lupiter facilius subtilius extenditur q̄ Saturnus, Saturnus facilius q̄ venus, venus q̄ mars. Luna subtilius q̄ iupiter, sol vero q̄ luna subtilius. Patet igitur, q̄ causa indurationis est argentum viuum fixum, aut sulphur fixum. Causa vero mollitiei est opposita, Causa vero fusionis est duplex, sulphur nō fixum, & argentum viuum cuiuscunq̄ generis. Sed sulphur non fixum necessario est causa fusionis sine ignitione. Et manifeste vides huius rei experientiam, per protectionem arsenici super corpora difficilius fusionis, facit enim ea facilius fusionis, & sine ignitione. Causa vero fusionis facilius est et similiter argenti viui. Causa vero fusionis cum ignitione, est argentum viuum fixum. Causa igitur impedimenti fusionis cuiuscunq̄, est sulphur fixum.





LXXX LIBERT

Per hoc itaq; maximum poteris dis-  
cere fecerum. Quoniam cum pluri-  
me argenti viui quantitatis corpora  
maxime sint perfectionis inuenta, et  
pluris igitur quantitatis argenti viui  
corpora a perfectione diminuta perfe-  
cto approximare necesse est. Itaq; &  
multa sulphuricitatis corpora pluri-  
me corruptionis esse cōtingit. Quam  
ob rem igitur etiam dictis patet, hos  
tem maxime perfectio approximare,  
cum perfectionis plus participet. Sas-  
turnum vero minus. Minus vero ad  
huc Venerem minime vero martem,  
quo ex perfectio dependet. Aliter  
autem ex medicina complente, & des-  
fectum supplēte, perfectius attenuan-  
te ad profundum corporum spissitas  
dinem, & sub splendētis fulgoris sub-  
stantia eorumdem palliante fuscēdis  
nem se habere cōtingit. Ex hac enim  
maxime perfectibilis Venus existit,  
minus vero Mars adhuc minus Iu-  
piter, minime vero Saturnus. Ex his  
igitur reperitur est laboris investiga-  
tione veridica, ex corporum diversis  
tate, diuersas inueniri cum prepara-  
tione materias. Alia enim eget medi-  
cina durum ignibile, alia vero molle  
& non ignibile corpus. Hoc quidem  
mollicante, & ad profundum atez-  
nuante, & in sua æquante substantia.  
Illud vero indurate & inspissante oco-  
culum eius. Ex his igitur nos expe-  
dit ad medicinas transire, cum man-  
ifestis experientijs diuersarum pona-  
tibus nobis medicinarum causas in-  
uentionis, & q̄ diminituti reliquant,  
& q̄ ad complementum delucent.

Caput lxvi.

**P** Robamus igitur; spiritus  
corporibus magis alii  
mulan, per hoc, q̄ magis  
corporibus vniuntur &  
amicabilis, s̄ alia in na-  
tura. Per hoc ergo addus-  
tum est nobis inuentione prima, hos  
esse corporū alterationis medicinam  
veram. Ideoq; in omni quo ponimus  
ingeniorum genere nos ipsos excusis-  
mus, vt per illos imperfectiorum  
quodq; corporum mutatione firma,  
in perfectum lunare & solare trans-  
formaremus corpus. Quamobrē igitur  
ex eisdem medicinam diuersam  
creari necesse accidit. Cum sit igitur  
duplicis generis medicina, alteratio-  
nis argenti viui, perfectione et cogis-  
labile, & a perfectione diminuta cor-  
pora. Hæc siquidem multiplicia, alia  
quidē dura ignibilia, alia vero mol-  
lia nō ignibilia. Dura quidem igni-  
bilia, vt Mars & Venus. Mollia ve-  
ro, vt Iupiter & Saturnus. Necesse  
est & materiam similiter perfectiua  
multiplicem esse. Alia etenim eget  
argentum viuum materia pacificans  
te alia vero corpora transformanda,  
vt Venus & Mars, alia vero mollia  
non ignibilia, vt Saturnus & Iupis-  
ter. Et hæc vtraque vtriusque ge-  
neris cum ad se inuicem differant in  
natura, similiter diuersam egere me-  
dicinam necessario accidit. Vnius  
etenim generis Mars et Venus, sed in  
speciali quadā proprietate differūt.


TERTIVS XXXVII

Etenim hic non subtilis illa vero sus-  
sibilis. Ideoq; alia quidē Mars, alia  
vero Venus medicina perficitur; &  
hic quidē ex toto immūdo, illa vero  
non. Et hic quidem quadam albedis  
nēfusa, illa vero rubedine & viridis  
tate participat; quæ in medicina dis-  
ueritatis necessitatem imponunt cons-  
similiter. Alterius enim generis mol-  
litici corpora, scilicet Iupiter & Satu-  
nus, cum hic & similiter differant, di-  
uersa medicina & similiter egere ne-  
cessē est. Est enim hic quidē mundus  
scilicet Iupiter; ille vero non. At vero  
& hæc quidē mutabilia omnia, nunc  
lunaria, nunc solaria efficiuntur cor-  
pora; ideoq; necesse est vniuiusq; ut  
duplicem materiam fore. Vnam quidē  
dem citrinam in citrinum mutantem  
solare corpus; alteram vero albam in  
album lunare corpus mutātem. Simi-  
liter. Cum ex quatuor igitur imper-  
fectorum corporū vniuiusq; duplex  
materia adiuuantiur, solaris videli-  
cet & lunaris. Ocho igitur, in summa  
erunt medicina omnes corpora perfici-  
entes, in forma bona. Perficitur & si-  
militer argentum viuum in solare &  
lunare; ideoq; et medicinæ alterantis il-  
lum duplicem differentiam esse con-  
tingit. Decem igitur erūt omnes me-  
dicinæ, quas inuenimus cum totalita-  
te sua ad cuiuslibet imperfecti altera-  
tionem completam. Verū vtiq; cum  
diuturnitate, laboris instantia, et ma-  
gnæ indagacionis in dustrā exulari  
volumus ab inuentionis labore has  
decem medicinarum per vnius  
beneficium medicinæ; & inuenimus  
inquisitione longa, nec nō & laborio

sa maxime, & cum experientia certa,  
medicinam vnam: qua quidem durū  
mollescit, & mollescitur corpus,  
& fugitiuum figitur, & illustratur se-  
dum splendore inenarrabili, & in eo  
qui supra naturam consistit. Ideoq;  
omnium harum medicinarum, expe-  
dit singulum sermonē adducere, cum  
causis suis, et manifestis probationib;  
experientijs. Primum igitur medici-  
narum decem seriem; et dehinc quidē  
corporum omnium; deinde vero ar-  
genti viui; dehinc vero & vltimo ad  
perficiētis magisterij medicinā trans-  
eundum; cum tamen preparatione  
indigeat imperfecta. Ideo ne propter  
artis insufficiētiam traditionis mor-  
deamur ab inuidis, afferamus impi-  
mis narrationem de imperfectorum  
preparationibus, earum inuentionis  
causæ necessitatem ponentes; quibus  
siquidem in nostro artificio efficien-  
tur congrua perfectionis albedinis  
& rubedinis in vnoquoq; gradume-  
dicinam suscipere, & ab eadē perfici.  
Dehinc vero addendum medicina-  
rum omnium narrationem sufficien-  
tem & congruam.

Caput lxvi.

**N** X iam ergo a nobis nar-  
ratis sermonibus appareat  
quid superfluum quidue  
diminutum ex operibus  
natura relinquit in vno-  
quoq; eorum, que imper-  
fecta sunt corpora secun-  
dum sufficientem partem; secundum  
vero complementum que in superioribus



LIBER

ibus obmissimus, hic complebimus sufficienti sermone. Primum igitur, cum duplicis fore generis imperfectio nis corpora cōtingat mutabilia, mol lia scilicet, nec non ignibilia, vt Satur nus & Iupiter. Dura enim non sunt bilia, aut cum ignitione subibilia, vt Mars & Venus; hic quidem non sus cibilia, illa vero cum ignitione: neces sario nobis natura informando edo sicut, ex illorum diuersitate essentiarū, in radice naturae diuersas preparatio nes secundum exigentiam illius admi nistrare. Sunt itaque vnus generis transformanda imperfectioris corpo ra duo necessaria: plumbum scilicet, quod mela dicitur, & per artem Saturni: & plumbum frigidens, quod al bum dicitur. Et haec scientia Iupiter, que a se inuicem sunt diuersa in sui occulto profundo ex radice suae natu rae innata, & manifestio similiter: quo niam Saturnus, sicutus Iupiter, pons derofus, & niger, sine fridore totalis termutus. Iupiter autē albus, liuens parum, multum vero fridens, & mo dico sono tinnitum adducens: differe ntiam in profundo illorū tibi cum manifestis experiētis mōstrabimus ex illarum causis necessarijs. Ex quibus secundum magis & minus praeparationis ordinem colligere bonae mentis artificem cōtingit. Primo igitur secundū ordinem corporum praeparationem narremus: postea vero & ipsius argenti vi coagulabilis. Sed & primo vnus generis, molliciter scilicet post hoc vero & alterius. Primi quē dem generis corporum ponatur Sa turni praeparatio & Iouis: postea ve

ro & aliorum, secundum suum ordi nem determinatum. Quia in praeparatione corporum nihil superfluum ex profundo ipsius remouendum: sed ex manifesto potius.

Caput lxvij.

**S**aturni vero praeparatio multiplex adhibetur essentiae, & Iouis similiter, secundum ipsorum multiplicis perfectionis approximationis, aut elongationis ab eo gradum. Cum sit igitur aliud ex eorumis penitus quidem suo profundo adueniens ex luce naturae radice innata, sulphureitatis scilicet terretas, atque argenti viui impuritas terrae, illorum creationis principijs essentiali natura cōmixta. Aliud vero superueniens post primam illorū mixtionem corrupcionem adducens, & sunt primi generis sulphureitas comburens, & illius impuritas, & argenti viui substantia feda: quae omnia sunt Saturni & Iouis perfectionis substantiam corruptiōis. Sed horum quidem alterū impossibile est renoueri per medicinae primi ordinis alicuius industriae. Alterum vero paruo admittit renouendi esse impossibile aduenit, propter hoc, quod in principijs naturae propriae huius generis corporis in veram essentiam cōmixta fuerunt, & vera essentia facta sunt. Ideo quē non sit possibile veram rei cuiusque in natura renouere essentiam, vt prima

TERTIUS XXXVIII


mentis non fuit ab eis possibile: hoc corruptentia delere. Quamobrem igitur putauerit quidam philosophorum, per hoc ad artem non posse perueniri. Sed nos quidem et nostro tempore haec inquirentes scietiam, peruenimus ad hoc idē, quod & similiter nullo ingeniorum praeparationis modo potuimus corpora illustrare, cum complemento sui fulgoris lucidi, quin contingeret illa ex toto infici, et denigrari potius. Propter hoc igitur et nos similiter in stupore ad ducti, multi temporis spacio sub desperationis umbraculo delitimus. Redētes tamen in nos ipsos nos ipsos torquentes immense cogitationum meditationis afflictionibus, reueximus a perfectione corpora diuina in profundo suae naturae feda existere, & nihil ex eis fulgidū inueniri, cum in eis secundū naturam non sit. Non enim inuenitur in re quod in illa non est. Cum igitur nihil perfecti in illis inueniatur, necessario et in eis nihil superfluum inueniri relinquitur in diuersarum substantiarum separatiōe in illis, & in profundo suae naturae. Ideo quē per hoc inuenimus aliquid diminutum in illis fuisse, quod compleri necessario accidit per materiam sibi conuenientem, & diminutum complementem. Est igitur diminutum in illis, scilicet puritas argenti viui, & non recta spiritatio eiusdem. Igitur complementum erit in illis argenti viui multiplicatio, & spiritatio bona, & fixio permanens. Hoc autem per medicinam ex illo creatam perficitur. Haec enim cum ex argenteo viuo sit in eis deducta, per illius beneficiū

luciditatis splendoris illorum suscedi nem palliando celat & regit, & splendorem educit, & in fulgore conuertit. Cum enim ar. viuum in medicina praeparatum per nostrū artificū sit mundatum, & in substantiā purissimam & fulgidissimam relectū profectum superdiminuta a perfectione illustrabit, & sua fixatione perficiet. Hanc vero medicinam in sua narrabimus oratione. Relinquitur itaque ex praesentibus necessario, duplicem fore perfectionis inuentionem necessariā. Aut vnā quidem per materiam quae de mixto substantiam sedam separat. Aut alteram vero per medicinā quae illam sui fulgoris splendore palliando tegat, & illustrando decoret. Cum nihil igitur superfluum, sed potius diminutum in profundo corporum consistat reperiri: si quid igitur superfluum remoueri expediat, necesse est id ex manifestio suae naturae superueniens, & tolli & moueri, diuersis cum praeparationibus: quas in hac oratione nos expedire enarrare: primi quidem in eadem oratione Iouis & Saturni, ultimo vero & aliorum secundum ordinem.

DE PRAEPARATIONE SATURNI & IOVIS.

Caput lxvij.

**P**raeparatur igitur Saturnus & Iupiter praeparationibus multiplicibus secundum maiorem perfectionis approximationis necessitatem, communiter scilicet, et speciali praeparationis modo.



LIBER

do. Communis quidem est per gradus approximationis ad perfectionem multiplices. Est enim unus gradus approximationis, scilicet fulgur ex substantia mundi: alter vero durities, scilicet fusionis ignitione: tertio vero fusio, per remotionem fugitivae substantiae. Mundificantur igitur & fulgida fiunt tripliciter: aut per mundificationes: aut per calcinationis modum & reductionis: aut per solutionem. Per res igitur depurantes mundantur dupliciter: aut in calce redacta, aut in natura corporum. In calce vero redacta, purificantur per hunc modum: aut per sales, aut per alumina, aut per vitrum. Et est, ut cum corpus, scilicet Iupiter & Saturnus calcetum extiterit, in fundatur super eorum calcem aluminum aut salium aqua, aut commisceatur cum ea vitrum, & reducatur in corpus. Hoc igitur toties super haec corpora alterata vice reiteretur, quousque munda complecti ostendant. Nam cum sales & alumina & vitrum fundantur fusione aliaque corpora, ideo ab illis separantur, et secum terram substantiam ducunt, restat sola corporum puritate. In natura vero corporum similiter, et per eundem depurantur modum. Et est, ut limenur subtilissime haec duo corpora: post hoc vero cum eisdem administrantur aluminibus, albus, et vitro videlicet et postea in corpus reducuntur. Et sic alterata vice reiteretur, quousque mundiora apparent. Mundantur & per argenti viui laucarum: modum cuius amulimus. Mundificantur & hic similitur utriusque generis corpora per res

erationis vicem calcinationis ad illam & reductionis similiter, cum sufficientia sui ignis, quousque mundiora apparent. Per hanc enim mundantur a perfectione haec dimidua corpora, a duplici corrupte substantia. Hic quidem inflammabili & fugitiva: illa vero a terra feculentia. Et illud is deo, quoniam ignis omnem fugitivam substantiam dedit & consumit. Et idem ignis similiter in reductionis modo omnem substantiam terrae dividit cum proportione sua. Et hanc proportionem in alio nostro volumine, quod de perfectione inuestigatione intitulamus, conscripsimus: quod secundum ordinem hunc praecedat librum. In illo enim quaecumque inuestigavimus secundum nostrae mentis rationem scripsimus: hic vero quod videtur scientiae ordinem determinavimus. Mundificantur & haec utriusque similiter per solutionem suae substantiae, cuius modum iam diximus, & per reuactionem similiter eius quod ex eis diffusum extiterit. Invenitur enim illud mundius et perfectius, alio quousque preparationis genere, hoc eodem preparationis modo. Et hunc modum non comparatur modus, nisi qui per sublimationem perficitur: & ideo huic quoque pollet. Est & similiter preparatio in illis, induratio suae molli substantiae, cum ignitione suae fusionis, & est, ut in genitur in illis permiscere argenti viui substantiam fixam in profundo illorum: aut sulphuris fixi, aut sui compositi: aut rebus duris & non subtilibus, sicut calx, marchasita, & tutia.

TERTIVS XXXIX

Haec etenim cum illis uniantur & ammicantur, illa induratur, quousque non fundantur, antequam igniantur. Et per medicinam perficientem hoc idem complectur similiter: cuius narrationem ponemus. Et est similiter alter preparationis modus, per remotionem fugitivae substantiae. Et hic quidem perficitur per conservationem, post illum calcinationis gradum illorum, in igne illis proportionali. Et quia ordo in modis preparationis contingit necessarius, ideo ponemus ordinem completum ex illis. Primo igitur mundatur ex eis omnis substantia fugitiva et adustiva corruptens. Deinceps vero terra superfluitas delet. Post hoc solvantur & reducuntur, aut per lauas cum argenti viui lauentur complete. Et hinc ordo utilis & necessarius est. Specialis autem horum corporum preparatio, primus quidem locus est multiplex. Una quidem per calcinationem: & per hanc induratur eius substantia magis quam Saturno non evenit. Etiam per alumina similiter: haec enim proprie solum indurant. Altera vero per conservationem eius in igne suae calcinationis. Per hanc enim vitri dorem amittit, & corporum similiter fractionem: quod Saturno similiter non contingit, quia stridor non habet, nec corpora frangit, et per calcinationis reiterationem similiter ab acuitate salis stridorum amittit. Saturni vero secundario est preparatio specialis, scilicet per calcinationem a salis acuitate: per hanc enim induratur, & per calcem specialiter dealbatur, & per marchasitam & tutiam. Modos vero

omnes preparationum determinavimus completius, in libro qui de perfectionis invectione intitulatur: quoniam in hoc abbreviavimus summas illarum

DE PRAEPARATIONE VENERIS.  
Capitulum lxxix.

Mitantes igitur praeparationum ordine, durorum corporum praeparationes narremus. Primum igitur veneris: deinde vero Martis. Est igitur Veneris multiplex praeparationis modus. Alius quidem per deviationem: alius vero sine deviatione perficitur. Per deviationem vero est modus, scilicet ut accipiantur tutia, cum qua Venus magis convenit, & secum per ingenia uniantur. Deinde de vero in suo sublimationis vas ponatur ad sublimandum, & per excelentissimum gradum ignis, eius delectur pars subtilior, quae fulgidissimi splendoris inventa est. Vel cum sulphure miscetur per minima, et postea deuret per modum suum deviationis iam dictum. Sine sublimatione vero praeparatur, aut per res mundificationem facientes: aut in calce sua: aut in corpus, velut tutia, sales, & alumina: aut per argenti viui laucarum, cuius modum attulimus: aut per calcinationes et reductiones, ut in alijs narrationibus est: aut per solutiones & reductiones eius quod solutum est ad naturam corporis: aut per argenti viui laucarum mundificatur, sicut & corpora reliqua a perfectione diminuta.

G ij



LIBER DE PRAEPARATIONE MARRIS.

Caput lxx. Artis vero preparatio est sic multiter multiplex. Quaedam enim per sublimationem, quaedam vero sine sublimatione completur. Quae vero per sublimationem, fit cum arsenico: cuius modus hic est. Ingeniemur quod profundius possumus eidem arsenicum non fixum venire, ut cum fusione secum liquefcat. Postea vero sublimetur in vase propria sublimationis. Et haec preparatio melior & perfectior inter ceteras reperitur. Est & alia preparatio ipsius Marris, per arsenicum sublimatum, ab eo multoties, quousque maneat quantitas aliqua ipsius arsenici. Hoc enim si reditum fuerit, emanabit album subtile mundum preparatum. Est & similiter modus tertius preparationis eiusdem per fusionem illius cum plumbo & rutia. Ab his enim fluit mundum & album. Sed quoniam ne minus sufficienter dixisse videamur, cum nos determinaturos esse promissimus de duorum corporum ingeniosa modificatione, atque mollium induratione, ne per calcinationis modum: ideo istum non obmittamus: sed mollitum quidem primo, durorum vero postea. Et est scilicet, ut solvatur arg. viuum precipitatum, & solvatur corpus calcinatum, de cuius intentione sit indurari. Et haec ambe solutiones miscantur, & ex his alterutra vice calcinatum corpus miscetur, terendo, et imbibedo,

& calcinando, & reducendo, quousque durum fiat cum ignitione subtile. Hoc idem & cum calce, & rutia, & maris chesita calcinatis, solutis, & imbibitis perici complete contingit. Et quanto quidem haec mundiora, tanto & perfectius mutant. Mollificatur & similiter dura corpora cum ingenio consimili. Et est scilicet, ut cum arsenico roties coniungantur & sublimentur: & post arsenici sublimationem assentur cum proportione sui ignis: cuius modum narrauimus in libro formaci. Et ultimo reducantur cum expressione sui ignis in oratione sui dicti, quousque in fusione mollescant, secundum exigentiam duritiei corporis. Et haec quidem alterationes omnes sunt primi ordinis: sine quibus non perficitur magisterium.

DE MUNDIFICATIONE ARGENTI VIUI. Caput lxxi.

Scitur ex praemissis necesse esse argen. vi. mundificationem completi narrare. Dicimus igitur, quoniam argenti viuum mundatur dupliciter. Aut per sublimationem: cuius artulimus modum. Aut per lauandum: cuius modus hic est. Fundatur argentum viuum in patella vitrea vel lapidea: & super ipsum acceri quantitas superfundatur, quod sufficiat ad illud cooperendum. Dehinc vero sit per lentum ignem ponatur, & calefieri permittatur, in tantum, ut digitis

TERTIVM DOCUMENTVM. XL

tractari patitur. Deinde vero digitis agitur, quousque in partes minutissimas diuidatur, in pulueris similitudinem: & tam diu agitur, quousque acceri totum quod in illo infusum est consumatur omnino. Deinde vero quod in eo terreis inuentum sit, lauetur cum aceto, & abijciatur. Toties igitur super illud opus reiteretur, quousque terretas illius in coelestium mutetur colorem perfectissimum: quod perfectae luanonis est signum. Ab his igitur ad medicinas est transeundum.

PRIMUM DOCUMENTVM. Caput lxxij.

Referamus igitur imperitis sermonem vniuersalem in medicinis, cum causis suis, & experientis manifestis. Innuimus igitur, quod nisi quidem omne superfluum, siue per medicinam, siue per preparationis modum aueratur ab imperfectis, non perficiuntur, scilicet ut ab illis tollatur omnis superflua sulphureitas, omnisque terretas immunda: ita scilicet, quod de commixto non separentur in fusione, post projectionem medicinae alterantis illa. Cum hoc quidem inuenis iam ex perfectionis differentijs vnam habes:

SECUNDVM DOCUMENTVM.


Similiter utique nisi & medicina illustret, & aleret in colorem album aut cristinum, secundum intentionem quam quaeris, quae fulgoris splendore amoenitatis luciditatem adducat, non perficitur a perfectione corpora diminuta in complemento rotaliter.

TERTIVM DOCUMENTVM.

Mplus autem & nris fusionem lunarem aut solarem determinate adducat, non est in complemento alterabile: quoniam in iudicis non quiescit, sed de commixto separatur omnino, & recedit. Hoc autem a nobis latius determinatum in sequentibus demonstratur in capitulo de cineritio. Amplius autem & nisi perpetuetur medicina est impressionis alteratione summa, non valet ipsius mutatio: quoniam non permanet, sed euanescit impressio.

QUARTVM DOCUMENTVM.

Mplus autem & nisi pondera perfectionis adducat, non mutat sub complemento naturae primo & vero, cum non sit fraus per creditis erroris. Est enim pondus naturae vni ex perfectionis signis. Patet igitur, cum perfectionis differentie



LIBER

quidq̄ sint, necesse est & medicinam nostri magisterij has scilicet adduces re in projectione differētiās. Per hoc igitur patet, ex quibus medicina nostra eliciatur. Nam per ea elicit, quae maxime corporibus adiunguntur, & amicablem eisdem in profundo adhaerent alteratiā. Ideoq̄ cum in rebus caeteris exquirētes, non inuenimus inuentione nostra rem aliam magis q̄ argentum vitium corporum naturis amicari: per hoc opus nostrum in illo impendentes, reperimus ipsum esse veram alterabilium medicinam in complemento, cum alteratione vera, & non modice pecculosa.

QVINTVM DO-  
cumentum.

**R**estat igitur nos substantiam ipsius & proprietatis substantiae differētiās determinate ad scribere. Et cum non inuenimus ipsum sine alteratione naturae illius administratione mutare inuenimus & similiter ipsum preparari debere necessario: cum nō permiscetur in profundo, absq̄ illius praeparationis modo. Est scilicet, ut talis sit illius substantia, q̄ permiscetur in profundo, v̄q̄ ad profundum corporis alterabilis, sine separatione in aeternum. Hoc autem non fit, nisi subilicetur valde cum praeparatione certa & determinata in capitulo sublimationis. Et non permanet eius impressio similiter, nisi figuratur: nec illi stratur, nisi si gelidissima ex illo eliciatur

substantia, cum sui modifigenio, & modo suae operationis per ignem congruum. Et non praestat fusionem perfectam, nisi in illius fixatione adhibetur cautela, cum hac dura remollire & mollia indurare. Est tamen talis, ut cum sufficientia seruetur suae humiditatis proportionatae, secundum exactitudinem eius quae queritur fusionis. Per hoc ergo patet, q̄ ipsius talis praeparatur et administratur praeparatio, quae gelidissima et mundissima substantia ex illo creetur. Deinde vero suscipitur exercitetur artifex in administratione ignis, in modo suae fixationis, quo possit ex illo deleri humiditas, in tantum, q̄ sufficiat ad fusionem perfectam completam. Et est scilicet, ut si queris per hanc corpora fusionis dura mollicari, in principio super creationis lentus adhibeatur ignis. Ignis enim lentus humiditatis eius conseruatiuus, & fusionis perfectiuius. Si vero molliā indurare, ipsius componatur ignis vehemens. Talis enim ignis humiditatis est consumptiuus, & fusionis turbatiuus. Et has quidem regulas omnes in omni medicina bonae mentis artificem necessario considerare expediat. Et multas similiter alias in ponderis mutatione consideratiōnes adducere necesse est, cum causis suis & ordine congruo. Est igitur causa ponderis magni, subtilitas substantiae corporum, & vniuersitas in essentia. Per hoc enim tantum illorum possunt densari partes, cum nihil intercedat: & partium densatio ponderis est adductio, & illius perfectio.

TERTIVS

XLI


Patet igitur, q̄ tam corporum administrationis praeparatione, q̄ ipsius perfectio medicina modo per operis artificia subtilitate perquirere necesse est cōtingit. Quoniam quanto maioris ponderis sunt corpora transmutata, tanto & maioris sunt perfectio, inuenta inuestigatiōe per artem. Complectur igitur sermo vtilis de medicina, si omnium medicinarū differētiās narremus. Inuenimus quidem, q̄ medicinae triplicem differētiā esse necessario accidit. Alia est primi ordinis, alia vero secundi, alia vero tertij. Dico autem primi ordinis medicinam omnem praeparationem mineralium, quae super diminuta a perfectione corpora proiecta, alterationem imprimere, quae non adducit complementum sufficientem, quia non contingat alteratiō mutari & corrumpi, cum euaporatiōe impressionis medicinae illius totali. Sicut & omnis sublimatio de albatia Veneris aut Martis, quae fixationem non suscepit. Et huiusmodi est omne additamentum coloris Solis & Lunae, aut Veneris, comixtorum super furnum cemeni positum zimar, & similia. Hic enim mutat immutationem stantem, sed pariter diminuentem se per exaltationem. Secundi vero ordinis medicinae dicimus omnem praeparationem, quae quando super diminuta a perfectione corpora proiecta est, alterat in differētiā aliquam complementi, relicta differētiā aliquibus corruptionis omnino: velut est calcinatio corporis, quae omne fugituum deletur. Et est huius generis medicina perpetua Lus

nam citrans, aut perpetua Veneris dealbans: relicta alijs in eis corruptionis differētijs. Tertij vero ordinis medicinam appello omnem praeparationem, quae quando corporibus aduenit, omnem corruptionem cum profectione sua tollit, & cum omni complementi differētiā perficit. Haec autem est vnica sola. Et ideo per illam excusamur a laboribus inuentionis decem medicinarum sedis Herfordinis. Primi igitur ordinis opus minus appellatur: secundi vero medium, tertij tandem maius. Et haec est omnium medicinarum differētiā sufficientem.

DE MEDICINA  
primi ordinis.

Caput lxxij.

**L**x ordinis igitur determinati nam permixtione sextae: cum quidem alia sit medicina corporum, alia vero argenti viui. Est corporum quidem alia primi ordinis, alia vero secundi, alia vero tertij, & argenti viui consimiliter. Narremus igitur omnium medicinarum differētiās primi ordinis, deinde vero secundi: postremo tandem tertij. Corporum quidem primo: postea vero in argenti viui medicinae cum sermone completo et ordine congruo narrationem tradamus. Dicimus igitur, quoniam primi ordinis medicina corporum, alia est durorum corporum, alia mollium. Durorum quidem corporum alia Veneris



LIBER II

ris alia Martis, alia vero Lunae. Veneris quidem & Martis est pura illorum substantia dealbatio. Lunae vero rubificatio, cum trinitate fulgoris amant. Quoniam Veneri & Marti rubificatio non adducitur primi ordinis medicina cum fulgoris apparitione quoniam ex toto immunda sunt, non apta rubedinis fulgorem recipere priusquam illis adueniat preparatio fulgorem adducens. Narramus igitur imprimis Veneris medicina omnes, postea vero Martis: quae cadit in ordine primo.

Est igitur medicina Venerem dealbans, alia per argentum viuum, alia per arsenicum. Per argentum viuum quippe sic completur medicina dealbans illa. Soluitur enim primo argentum viuum precipitatum, & soluitur similiter Veneris calcinatio: & haec ambe solutiones commiscantur in vnum. Dehinc vero coagulantur, & super ipsius corpus proniciatur eorum medicina: haec enim dealbat & mundat. Amplius autem & aliter, soluitur precipitatum argentum viuum, & soluitur litargirium, & haec ambe solutiones coniungantur in vnum: & soluitur corporis calcinatio, de cuius intentione sit dealbati, & coniungantur cum praedictis solutionibus, & deinde coagulantur: dehinc vero super illius corpus proniciantur, dealbatur enim per hanc. Aliter autem sublimatur altera vice ex illius corpore argenti viui quantitas, quousque cum illa permanet argenti viui pars, cum ignitione completa. Dehinc vero ex aceto distillato sepius imbibendo


teratur, ut in profundo illius melius commiscetur: abhinc vero affetur, & ultimo consimiliter: ab argento viuo sublimatur, & iterato imbibatur, & affetur. Et sic totiens reiteret opus super illa, quousque multa argenti viui quantitas in eorum ignitione completa quiescat. Haec enim primi ordinis bona est dealbatio. Aliter autem super argentum viuum precipitatum super sublimatur argentum viuum in natura propria, quousque in illo figuratur & fusionem praestet. Dehinc vero super Veneris substantiam proniciatur, & dealbatur pecculose. Aliter enim soluitur Luna, & soluitur litargirium, & coniungantur solutiones. Ex his Veneris substantia dealbatur. Sed & melius quidem dealbatur, si in omni bus medicinis perpetuetur argentum viuum. Dealbatur vero per arsenicum sublimatum: ut si accipiantur calcinatio Veneris, & super illam iteretur eiusdem sublimatio, quousque seorsum maneat, & illam desit. Sed nisi ingrueris ipsum cum modis sublimationum, non perseverabis in ea arsenicum alteratione aliqua. Et est scilicet, ut post primum sublimationis gradum secundario reiteres: quem narravimus in marchesite sublimatione. Dealbatur vero & aliter, ut sublimatum arsenicum in Lunam pronicias: dehinc vero hoc totum super Venerem dealbat enim pecculose. Aut commisce prius litargirium, vel plumbum vltimum solutum cum Luna: deinde vero super hoc arsenicum superafficit: & hoc totum super Venerem proiectum dealbat, & est primi ordinis bona dealbatio.

TERTIVS XLII

opit vivere. Quinto mense operatur Mercurius: qui foramina & spiracula facit. Sexto mense Venus disponit & ordinat superflua, & casualia, & virilia. Septimo mense Luna sua frigiditate & humiditate laborat ad expellendum foetum. Et si tunc nasceretur, vivere posset: si vero non nasceretur, tunc debilitatur, & iterum Saturnus octavo mense, sua frigiditate & siccitate incipit operari: & iterum constringendo ipsum foetum in matris utero. Et si tunc nasceretur, vivere non posset. Nono mense Iupiter iterum operatur sua caliditate & humiditate, et remittendo reducit ipsum foetum, & alias reducit vires ipsi foetui: & sic completo mense nascitur, et vivere potest. Et haec sunt verba vera. Aqua facta tribus mensibus in matrice conservatur. Ignis totidem custodit. Aer quoque tribus mensibus fovet, qui totidem complex, qui fovetur sanguis in umbilico: qui ingrediebatur precioso ad maternam descendens matris, hinc post partus angustias matris candorem assumit. Infans status exhaustiens, egreditur tandem, os aperit & lactatur. Infanti vero nunc quod parvulus egreditur, quocumque quoque infantis omnes status aeris ex hauriat: egreditur autem os aperit & lactatur.

TERTIVS LII

Caput xxvij.

Haec istis tribus mensibus oportet nos esse acro ingenio componere & extrahere duo: quia ab istis verbis intelliguntur duo & septem. Unde omnes qui cupiunt scire hanc artem, acuant ingenium suum ad aperiendum thesaurum ex tribus verbis: in quibus occultatur tota praeparatio & virtus lapidis: in quo occultatur oleum succum & vinum, & tractura viua, & oleum calidum & humidum. Et haec est expositio trium verborum, quia sic a principio conceptionis usque ad natiuitatem infantis, quilibet Planeta dat suam imaginationem, virtute divina sic creata anteita in omni opere alchimiae quilibet planeta suo loco suam facit impressionem usque ad complementum operis, & tunc nascitur alchimia virtuosus. Et ideo in opere multi errant: & pauci perveniunt ad finem. Nam in hoc opere est saltus Lunae, & circuitus Solis, & gradus tres. Primus debilis: secundus firmus: tertius perfectus. Primus quando Sol intrat in arietem, & est in sua exaltatione. Secundus quando Sol est in leone. Tertius quando Sol est in sagittario. Intellige ergo, quia secundum istos gradus completur opus alchimiae.


Caput xxvij.

Eademus ergo ad expositionem nostram verborum: in quibus tracta ars consistit. Aqua tribus mensibus fovetur in matrice conservatur. Aer tribibus mensibus fovet. Ignis totidem custodit. Hoc totum factum esse de Mercurio per similitudinem. Et verbum istud est obcurum, terminus obcurus: & tamen est apertum ad intelligendum verum. Nam & alta natura est in muliere pregnantem, & alta in Mercurio, per similitudinem caloris in matrice. Et tunc inventus est & extractus ignis, qui est trius graduum. Unde illud verbum quod dicitur ignis totidem custodit, obcurum est: & multi errant in eo. Nam a tribus intelligas duos. Primus gradus complet aquam & aerem. Secundus gradus complet totum hoc quod diximus de totis gradibus: quia est dominus Dei.

Caput xix.

Caput xix. I. Intellige ergo, quia secundum istos gradus completur opus alchimiae.





**LIBER**

**S**perma huius lapidis est frigidum & humidum, & liquidum. Liquor hic de primo facit globum ubi debet: & tunc membra et imaginationem imaginatua secundum naturam suam a Deo altissimo: et venit ad ortum, et lucet: & isti sunt duo gradus et septem. Sed sperma est simile huic qui est lapis solus. Nec est ei alius similis in hoc mundo, qui se ipsum impregnat, & de se ipso concipit, & se ipsum parurit. Et postquam hoc vitium mortura rubea morit, mortui causa est compar caliditas & siccitas. Et non fugit ignem, nec fumum emittit, nec sonum facit: & funditur sicut cera, & est sicut oleum, & est sicca, quae siccitas tingit. Et cum hac tinctura roboratur omnes mortui, ut semper pervivant. Et est tinctura vitia, rubea & alba. Nota quod in solo igne sine aliqua separatione non possunt fieri omnes distillationes, & subtilizationes, & calcinationes, & subtilizationes. & mortus ipsius Mercurij, & mortui, & fusiones cum omnibus resolutionibus & congelationibus, sicut debent esse. Ergo ingenia & extorgenda quomodo fiant. Unde cum iam facta est amicitia inter illum et ignem, currit ut oleum in uno idem: quod oleum est ingressivum, penetrativum, permixtivum, coagulativum, preservativum. Vincit enim omnem rem subtilem, & omnem rem solidam penetrabit. Unde omnes qui quaerunt hanc scientiam, acuant ingenium suum quomodo ista fiant, & quae sunt species istius artis. Probationes autem huius lapidis sunt haec,

vt quando iam est finis & terminus secundus, vt ponatur de ipso aliqua tulum super candens: si sicut sit cetera, & non emittet fumum, & coheret sicut mercurio, tunc perfectum est. Quod si haec signa non appareant, tunc tam diu fiat deocho, donec ita fiat. Et haec est probatio super omnes probationes: & haec probatio debet fieri inter primam & secundam solutionem et congelationem. Et est sciendum, quod primus terminus mortificat frigiditatem & humiditatem. Secundus terminus complet mortem primam mortui, & augmetat tubedine, & facit massam caliginosam & pinetam sicut fructus spinis, lucidam, fulgentem, vt fossilia auri. Et haec est rectificatio Mercurij, quod est oleum fixum, quod rectificat omnia metalla corrupta, & adducit ad sanitatem, & ad naturam meliorem.

Laudetur ergo Deus: qui tantum creavit ex re vilissima, & explici liber trium verborum.

Deo gratias.


**TERTIVS**

**LIII**

**INCIPIT EPISTOLA**  
Alexandri imperatoris, qui primus regnavit in Graecia & Macedonia, & Perlarum imperator.

**Q**uidam breuiter dicit quod ars deriuata est ex creatione hominis, cui omnia insunt. Quem admodum minor mundus ex quatuor virtutibus diuersis compositus creatus est: ita & ars ista ex naturis mulieris: quarum quasdam breuiter narraui, demonstramus, & ponimus: eo quod maius mundus creatus est ex quatuor virtutibus naturis diuersis & compositis: quarum prima est appetitua, & digestiua secunda, & tractiua tertia: quarta quoque expulsiua, quae mundificatiua est: quinta vis aliena, scilicet vita, quae virtutes has coniungit quatuor, quas tibi narraui ac descripsi, quarum dispositionem exposui, & est sicut clavis ad ardam: qua si cui ex aperias, tota dissoluitur. Est enim sicut vas eius latera continentis. Ista ars non perficitur, nisi ex studentibus per vigilia, & per eius temperantiam. Quonia (sicut prius narraui) eius actionis initium ex quatuor est virtutibus peragentibus: scilicet appetitua, retentua, continente & digestiua, & expulsiua, quae mundificatiua est. Quinta est scilicet anima, ex lumine clarissima. Nunc autem has

dispositiones specierum narraui: tam itaque atque eius potentiam exponamus. Narraui igitur quod eorum est calidum, quod frigidum, quod masculinum, quod foemininum: ut per eorum colorum diuersitatem & generis differentiam non erremus, nec deuenimus: eo quod si sit differentia inter calidum et frigidum, & masculinum & foemininum, opus nequaquam tibi perficietur, nisi in via dirigitur. Et scias quod nullus natus nascitur nisi ex mare et muliere: & nullum germen gignitur, nisi humiditate & caliditate. Vires autem tibi conuenit exponere. Virtutes namque appetituae aridae sunt masculinae, & sunt calidae & siccae, & sunt ignis. Continentes vero retentuae sunt similiter masculinae, & sunt frigidae & siccae, & sunt terra. Mundificatiuae sunt digestiuae, scilicet alterantes & foemineae, & sunt calidae & humidae, & sunt aer. Expulsiuae vero sunt foemineae, & sunt frigidae et humidae, & sunt aqua. Quinta enim est vita, quae est propria: non est calida, nec humida, nec frigida, nec sicca, nec masculina, nec foemina. Ne igitur cum in aliquo fluuiali loco requiras, & ab operatione erres: eius tibi ostendam locum. Si igitur vis virtutem aquae frigidae dissoluere, magis ipsam coagulas. Si vero vis aquam frigidam facere, magis ipsam calefacis: nisi quamlibet naturam virtutis ad propositum eius quod operaris emendes, opus corruptis. Porro quia vires appetituae aridae sunt & colerantes, id est masculinae: sunt calidae & siccae, vt dictum est, quae colorem affirmant, ne separentur, vel alterentur.



LIBER

Retenturae autem sunt foeminae & siccatae: quae colorem in corporibus aggregant, & corpora mollescunt, & coloribus confunduntur. Digestiva autem, mundificativa est masculina, quae ruborem corporis mundificat, & ab eis naturam corruptentem aciditatem sequestrat: & est calida & humida foemina, & est aer. Expulsiva autem, quae mundificativa est scilicet vita, expellit a se terrena, ita quousque non separantur nec dividantur, prout vitium quod est in corpore peragitur, ita & ars componit et eas earumque naturas congregat. Est autem frigida et humiditas: & est aqua. Vera autem vis quae totum peragit corpus, est tanquam spiritus totus corporis. Nunc autem species suis nominibus cauemusque denominabo tibi: quoniam multi in multi errant uerunt speciebus, eis inutilia interposuerunt: utilia uero reliquerunt. Qui dam quousque tanquam directio tramite prout iustissimus operantes diminuerunt, & secundum eorum opinionem egerunt: & deo deus factum est opus, iam xumque factum est. Immo significo tibi, quod si diligis opus tuum perficere, incipe prout iusti: & scias quod nil aliud operaris, nisi quae sunt naturae lucidae, ex quibus minor mundus creatus est: quem suis proprietatibus tibi nunc pabo. Scias quod sulphur est ignis, et magister est terra: & sedimen est aer: ars genum quousque uisus est aqua per corpus defluens. Spiritus quousque est aqua fecunda, quae omnia nutritur, & omne germen vegetatur, & omne lumen accedit, & omnes fructus ferens. Si igitur vis opus tuum perficere, &


optime adipisci ea quae queris, accipe has duas naturas, masculinam scilicet & foeminam, calidam uero & frigidam, humidam quousque & siccam. Deinde eas nutritas aqua uisus, lumine spiritumque habente. Opus quousque qualiter praeparat robusta essentia & compositione, & substantiam eam ex quibus componitur: quoniam ex diversis naturis funditur atque componitur. Ex melancholia fit corpus & quantitas eius. Ignis quousque qui ex colera rubea ponitur, est ipsi iunctus. Tunc digestio ea quae a stomacho procedit: & est aqua in epar expulsiva: cui sua gignit aer, qui est sanguis fluens in os omnibus uenis corporis: cuius calor superhabundat, quousque ad rubrum uertatur colorem. Aqua autem quae est phlegma, in pecciore posita est: & multa apparet actibus in frigidis. Tunc ex his quae tibi nunc pavi uisus tute diuina existit corpus phisicum. Has naturas coniunge, ac optime duce eas: quarum unamquamque pone in terra domum suam: & cum ea simili uel contrario, ut tibi dispositio perficiatur, opusque peragatur: prout per gratiam meam tibi tribui, cum tibi notis ficui, quot species sunt quae gradatim agant, quousque corpus et spiritus fiat. Tunc artis sapientia coniugit, ut natura alteretur, & in aliam conuertitur naturam per naturam apta: et deinde naturas ex uirtutibus accidentalibus per discretionem duas naturas coniunge. Decebo te, ut naturas attrahas, ut fiant lucida & clarissima, a quibus ascendit, uel luceat & illuminet: post quod in altissimo uel tingat coarctat.

TERTIVS

Liiii

Et scias, quod hunc librum meum non nisi philosophis composui, in quo naturam coaptationem praeterquam naturas descriptas patentesque dinumeravi. Oportet autem te liquefacienda opera bene conseruare: & cum ea opereris, non excedendo modum transcast: quoniam arena omnia haec tibi appaerebunt: quia & liquefactio est omnium naturarum alteratio. Hoc igitur habes, quoniam miscetur a natura in natura, donec in substantiam suam pertendant, non fugientes, nec introeuntes, non alterare, nec uariare ex quibus introitis coacta minorque partes decernunt. Et tunc scias, quia natura per naturam apparet. Harum naturarum fixarum permanentia liquefac, coapta deinde archana, quae sunt temperata humida: quia nisi naturas attenuas, aequamque illas facias, non colorare poterunt. Sic ergo corpus aquatione humefaciendum: quoniam hac aqua apud philosophos aqua sapientiae uocatur. Et scias, quod albedo est in coadunatione: & quod species spiritus, & in se inuicem emendant. Si igitur his liquefacis species, deinde de coagulas, opus tuum in melius emendes. Si uis opus tuum perficere, inspicere ut species ei crudas imponas, non coaptatas. Deinde species coaptatas putrefacias, deinde eis atque decedentes. Hanc autem dispositionem tibi aperte describam, ut ad opus tuum directio tramite ascendendo peruenias. Et tamen deinde scias, quod corpora quaedam solutione indigent, quaedam eleuatione: ut tingant, et lucida & illuminata hanc in quibus omnia

corpora dissoluantur. Et scitote, quod secundum naturam arcana sunt in eis abscondita. Quod si regantur naturae absconditae, tibi apparet, quae Hermeti philosopho apparuerunt: & est terra alba, prope argentum penosar. Confiteo ergo corpora, cum terra alba est, ut fixa permanent. Desuper impone, ac ignis eam coiburat sua flamma, ut quae quomodo cera liquefacit liquefaciendo. Sed id quod uocatur aqua instrumentalis, intelligitur in artibus tuis in quibus studes. Eius duo quousque in unum, Soli, alterum Lunae: deinde post haec duo ordines sunt a se peratas oculo intellectusque corde. Haec numerari, archanumque coeleste patefecit. Scitiam difficilem atque absconditam illuminaui, perfectamque scientiam regendi modum certificaui. Iuro itaque quod nihil celauit, nec alterant in hoc uiam speciem altera describam: nec generum in alienis locis imponas. Si igitur quod descripsi uisus, non in alienis locis imponas, sed in ea que descripsi peruenies.



LIBER III

**L**exemplum scientie nostre sanex supra mortem, in eo sunt natura omnium cum complemento: terra, aqua, ignis eius, & aer. Et omnia haec in Saturno. Cum eo aperiantur portae scientiarum: sicut dicit Hermes & praecedentes sui primi. Accipelapidem suspensum supra mare, vt senex cera alba: su per fonte, vt puer ypoquiltidos. Nomen eius victor. Cum eo perime vis uis, & vti uisica perempta: & ei sunt mors & vita et illud ex oriente & occidente. Cum hoc habebis scientiam, in qua pigratauerunt Arabes. Veritatem dixi tibi per eum qui fecit oriri lapidis paradisi autorem, hunc vitae. In eo sunt duo opposita simul, scilicet ignis & aqua: vti uisicat illud, & illud perimit illud, & hoc et hoc in leone coniuncta simul, per eum qui est mors & vita. Veritatem dixi non mentior. Gumen nostra coagulat lac nostrum: & lac nostrum dissoluit gumen nostrum. Et post apparet rubedo orientalis, & rubedo sanguinis. Hic lapis mundus sine febre inuenitur in locis altissimis, eo quo magnificauerunt philosophi super omnes alios, & variati sunt futura. Veritatem dixi per potestatem caelorum, qui non sum mentis scienter. Homo noster antiquus est: est draco noster: iste comedit caput suum cum cauda sua. Et caput & cauda est anima & spiritus: & anima et spiritus sunt creati de luto: & hoc et hoc ex oriente & occidente, per expellentem non cumentia. Non mentior: quia quod dixi, vidi

in ciuitate. De alba corum tuum, si vis dealbare ipsum. Cum Nilo aegypti albecit primo, iuncum Persia in feceris: & cum hoc & hoc apparet rubedo vt papauer in hercano. Per vti uisicatem Deum omnia non mentior. Aqua nostra abluat sordes: mundabit omnem nigredinem & obcuritatem eius. Tupe subridebit dicens: Quis mundauit me: qui vidit illud subridebit. Locutus & veritatem dixi, non mentior. Terra in oculis sunt tres, oriens & occidens: & super eos Saturnus albus ortus est: & anima horum trium est ignis. Veritatem dixi, per familiam machmeti. Manifesta bo quod occultauerit primi, non cum inuidia. Terra nostra veritates tuum in argentum primo, & vltimo in aurum inueteratur, & habebis scientiam, in qua pigratauerunt Arabes. Dentis gras cum Aegypto nostro, & non cum Persia: & est Persia sicca, quia est domus siccitatis: & cum Aegypto humectas, quia est domus humiditatis. Et hoc & hoc albedo et rubedo sine mensuratione, vt rubedo in meris, vel vt sanguis dominarum. Lapis scientie nostre senex primo, & vltimo puer: quia albedo eius in initio, & rubedo in vltimo cum dominio. Hic est lapis cum quo titubauerit omnes qui abierunt, et mortui sunt plurimi eorum cum dolore & tristitia: quoniam dedit nauerunt ad viam demonum, & reliquerunt viam prudentiae. Cooperterium equi pallium nostrum album: & equus noster leo fortis sub pallio cooperus: & super illud & illud griffus noster naturam geminatam retis

TERTIUS


LV

nens. Hic lapis triangulus est in esse: quadrangulus in qualitate. Veritatem dixi, per operatorem dealbans & rubefaciens omnia. Non sunt singularia in occulto, sed sunt mixta: oriens & occidens simul iuncta ab anima omnium. Hic coniungit, & disiungit, & reiuungit quando vult. Lupus noster in oriente inuenitur: & canis in occidente. Iste mordit illum: & iste mordit istum: & sunt rabuli ambo, & interficiunt se ad inuicem, donec fiat ex eis tolliam & tyriacha. Camelus noster albus, septimus est in numero apud philosophos magnos. Sol cum Luna, iupiter, Mars, et Venus nostra in Mercurio nostro, et Saturnus septimus eorum: in quo sunt omnes coelum est simul. Hic est spatha, gladius, & culellus, et in cisorii super glificium, & inimicus ad manus, & vas cum ad iutorio vini. Episcopus noster vt eos for venarum vel viclarum: & omnia citrina, vt citrinitas et narges, vel ypoquiltidos. Tunc lapidem in fluuio currenti, per mortem omnium non mentior, exemplum nostrum cum albo nate: ignis & lux in claritatis essentia. Et ignis & lux est scintilla nostra, & ritio noster candens: & est hoc & hoc, inuenies scientiam. Veritatem dixi per vniuentem omnia. Scala nostra est turris nostra, de terra viscosa: & terra viscosa est lutum nostrum, & cerotum nostrum, ex cera & sepo confectum: & hic & hic nauis nostra in mari nostro plena gigantum. Aperui quod occultauerit priores. Non sum inuidus quem admodum ipsi fuerit. Per illuminantem cuncta non mentior.

Terra coram oculis posita, oriens & occidens: & hic & hic natus cum lilio nostro: & hic & hic cum senex nostro: & senex noster & vter noster est corpus nostrum: & corpus nostrum est lapis noster, quae sitis a multis, inuentus a paucis. Et sitis exposui ex pietate: & detexi cunctis per Deum genitum. Amen.

**V**idam rex volens alios potentes superare, praeparauit se ad bellum, & cum voluit equum ascendere, praecipit vni ex militibus suis, vt daret ei ad potandum de aqua quam disligebat. Qui dixit ei: Domine, quae est illa aqua quam diligitis? Rex ait: Illa est aqua a me dilecta, quae praesens omnibus alijs me diligit. Ille vero statim perpendit, & attridit. Rex autem bibit & rebibit, donec omnia membra eius fuerunt repleta, & omnes etiam eius venae. Et fuit rex tunc discoloratus valde. Hoc factum dixerunt milites: Ecce equum ascende. Respondit rex: Non possum. Dixerunt milites: Quare non potestis? Respondit: Quia sentio me grauatum, & doleo caput, & omnia mea membra a mercedunt, vt mihi videntur: rogo & volo, vt ponas tuis me in cameram meam lucidam, & in loco calido & tempato, & continue per diem & noctem, & infra sudabo: & aquam quam bibi desicabitur, & ero liberatus. Quod factum fuit prout iussit. Deinde aperuerit cameram & inuenit ipsum quasi mortuum. Parentes vero eius curauerunt ad egyptum.

K



LIBER

ptiacos & Alexandrinos, p[er] omnis  
bus alijs honorandos, et adduxerunt  
eos: & eistorum factum regis narra-  
uerunt dicentes: Credis eum posse  
liberari de hac angustia. Respon-  
derunt omnes: Etiam. Et illi: Quis ve-  
strum est magister. Responderunt  
Alexandrini: Nos, si vobis placet. Et  
Aegyptij dixerunt: Immo nos in hoc  
facto volumus esse magistri: quia su-  
mus antiquiores vobis, licet appa-  
mus iuniores. Responderunt Alexan-  
drini: Placet. Tunc acceperunt cum  
dicti magistri, & diuiserunt eum per  
membra minuta, & contriuerunt eum  
cum medicinis suis humectatiuis alijs  
quantulum: & posuerunt eum ita des-  
tritum in camera lutam in loco cali-  
do & humido, vt prius, & eodem mo-  
do per diem & noctem. Postea extra-  
xerunt eum vt mortuum, adhuc habentem  
aliquantulum vitae. Tunc omnes clas-  
mauerunt parietes: Huiusmodi mortuus  
est. Medici autem dixerunt: Non est mor-  
tuus, sed dormit, & nondum termina-  
uit. Qui iterum acceperunt eum, &  
abluerunt eum cum aqua dulci, donec  
sapor medicinae recessit: & miserunt  
eum cum tanto de eadem vana medi-  
cina: & fecerunt per omnia eodem mo-  
do & ordine vt prius. Et extrahentes  
eum, inuenerunt eum parentes morsu-  
um. Tunc dixerunt parentes: Quare  
interfecistis regem, cum tam boni  
magistri eratis: certe mala super vos  
queritis. Et magistri illi dixerunt,  
Immo interfecimus eum, vt fiat melior  
& fortior in die iudicij. Parentes  
vultum eos crediderunt esse tristes,  
& spoliauerunt eos medicinis

suis, & expulserunt eos de regno, dicen-  
tes postea: Quid facimus de isto cor-  
pore ita inueniato. Responderunt  
quidam: Subterremus eum, ne vermes  
inde procreentur, et vt non putrefiat:  
quia fetor nobis omnibus nocere possit.  
Tunc dixerunt Alexandrini magis-  
tri. Nolite eum subterrare: quia vo-  
bis eum restituemus saniores, pul-  
chriorem, fortiorem, ac potentiorum,  
q[uam] prius fuerat. Tunc inceperunt sub-  
ridere, & dixerunt: Vos vultis nos trus-  
fare, sicut & alij nos truserunt. Vnde  
de sciatis sine dubio, q[uod] vos nostras  
manus non euadatis, sicut alij euas-  
erunt, nisi non iuuabitis. Responderunt  
magistri: Ita volumus: immo tradamur  
morti, nisi ita fecerimus sicut dix-  
imus. Tunc magistri Alexandrini  
accipientes corpus regis, lauauerunt  
ipsum, et abluerunt bene, donec nihil  
remaneret de medicina illorum aliorum.  
Postea destituerunt ipsum, & acce-  
perunt partem vnam aquila, & duas  
partes de vitro Alexandrino, et mise-  
runt eum cum corpore mortuo, & pas-  
sauerunt eum cum pauco oleo lini: & pos-  
sauerunt ipsum in vna camera triangula  
ad modum crucibuli: & dimises-  
runt eum per vnam horam in temper-  
ato calore: & postea cooperuerunt  
eum igne, & sustinuerunt, donec fuit  
locutum: & descendit per foramen in  
aliud vas. Tunc rex surrexit robustus,  
regali diademate coronatus, & vocis  
ferare cepit: Vbi sunt inimici, Scia[n]t,  
omnes nos dabo, nisi obediens mihi  
extiterit. Hoc audito, venerunt statim  
dicentes: Domine precipe nobis quic-  
quid vis, & statim faciemus. Tunc re-

TERTIVS

LVI


ges potentes ab illa hora cum honora-  
uerunt: Et quando volebant videre  
de mirabilibus eius, ponebant vinctas  
duas m[en]suras, l[ib]ras vii. in crucibulo, & po-  
nebant de super vnum grauum millij  
de vngula, vel de capillis, aut de fano  
guine eius, & sustinuerunt donec insp[er]-  
fabatur. Tunc cooperiebant de carbo-  
nibus, & dimittebant in frigidarij: &  
inueniebant corpus tale, quale scio.

INCIPIT LIBER

INuestigationis magistri  
gesti per Geber. **I**nuestigationem huius  
nobilitatis, ex con-  
tinua & frequenti ope-  
ris fidelitate, & huius-  
modi studio nimio, nec  
non cogitationibus nos-  
tris profundissimis, &  
varijs annexis, gemula vobis tradam:  
vt melius et apertius a vobis volumi-  
na subsequenter intelligantur: & vt  
intellecta & circa eadem ingenua &  
perferata fidelius & promptius ad-  
eas, cum perducantur. Et quia est az-  
ludicij inuestigare rationem, q[uod] as-  
tentare & probare subtilitates & in-  
genia horum: donec operando & per-  
scrutando & experiendo, ad intentum  
perueniantur completum. In hoc enim  
meo libro, quicquid per narrata in-  
uestigauimus, secundum more mens-  
ris ratione scripsimus: attem dico per-  
ficiencia. Non putet tamen quis, q[uod]  
hinc inuestigari nem aut librum no-  
strum, qui summam perfectiois magi-

sterij est intitulatus: in quo vera que-  
cunq; vidimus & tetigimus, comple-  
te secundum scientie ordinem termi-  
nauimus, secundum experientiam &  
cogitationem certam, quam scrutatos  
ne nostra de naturalium & mineralium  
effectibus transformantibus diuersis  
in opere apparentibus notauimus.  
Et ingeniatum sumus scientia nostram  
prius compositam cum hac inuestiga-  
tione conueniens, q[uod] super ipsam de-  
clarando proposuimus. Ergo de iure hec  
illam precedit, cum per hunc librum  
inuestigare querens de cogitatione  
rei perfectiois: cum hęc scientia de im-  
perfectis tractet corporibus minerali-  
um, in quantum ea perficere deceat.  
In primo igitur circa haec duo conside-  
rauimus, imperfectionem salicem, &  
perfectioem. Circa haec duo nostram  
fundamus intentionem. De rebus au-  
tem perfectiois & corruptiois,  
secundum q[uod] per nostram inuestiga-  
uimus experientiam, hunc librum com-  
ponimus: quia opposita iuxta se po-  
sita, magis elucescant. Res autem quae  
perficit in mineralibus, est substantia  
argenti viui & sulphuris proportio-  
nabiliter commixta, per longam &  
temperatam decoctionem in visceris  
bus terrae mundae inspissata & fixa,  
cum conseruatione sive humiditatis  
radicalis, non corruptiois, sed ad  
substantiam solidam cum ignitione  
debita subtilis, & sub melleo exten-  
sibilem producta. Per diffinitionem  
naturae huius perfectiois, lauis per-  
uenire possumus ad cognitionem rei  
corruptiois. Et est illa, quae a contra-  
rio sensu habet intelligi, videlicet sub-

K ij



LIBER

stantia impura argē. vini, & sulphur sine proportione debita commixta, vel minus, vel nimis decocta in visceribus terrę mundat, nec recte inspissata, nec fixa: humiditatē habens commutabilem & corruptentem, & rare substantiæ, & porosæ; vel habens fusionem sine ignitione debita, vel nullam: nec patiens malleum sufficiter. Primam autem diffinitionem inueni intrinseci in his duobus corporibus, videlicet in Sole & Luna, secundum cuiuslibet perfectionem. Secundam vero in his quatuor, scilicet in ligno, plumbo, cupro, & ferro, secundum cuiuslibet imperfectionem. Et quia hæc corpora imperfecta ad fixitatem et perfectionem non sunt reductibilia, nisi contrarium in eis operetur, id est, quod occultum oculo datur, & occultum manifestetur: quæ operatio vel contrariatio fit per preparationem: igitur preparatio est eis adhibenda. Est ergo preparatio, superflua demere, & absentia supplere, & sic notam in eis mittere perfectionem. De hæc enim preparatione non indigent corpora perfecta. Indigent ergo preparatio tali, quæ eorum partes magis subtilentur, & a corporalitate sua ad spiritualitatem reducantur fixam. Cuius intentio est ex eis facere corpus spirituale fixum. hoc est, multo magis attenuare & subtiliare, quæ erat prius. De horum omnium preparatio nibus, secundum nostram inuestigationem in loco suo tractabimus sufficienter in hoc libro. Quæ postquam preparata fuerint sufficienter, erunt apta, vel decess dixerit album vel rubeum fiat

magnum. Inuenimus enim moderos nobis vnicum tantum scribere lapidem ad album vel rubeum completum; quod cõcelimus & verum esse. Nam ex quacumque esset conficiatur album vel rubeum: nihil tamen sibi assidit est. Quod argentum vitium & sulphur: quorum vnum sine altero nihil agit nec esse potest. Et ideo vnus lapis a philosophis nuncupatur: quibus a multis extrahatur corporibus siue rebus. Extrahere enim a re in qua non est, hoc stultum cogitare esset & vanum, vel quidam fatui putauerunt: quod nunquam erat intentio philosophorum. Dicunt tamen multa per similitudinem. Et quia omnia corpora metallica ex argenteo viuo composita sunt & sulphure, puris vel impuris, per accidens, non in prima sui natura innatum ergo etiam per preparationem conuenientem tolli est possibile. Nam expoliatio accidentium non est impossibile. Est ergo preparatio, superfluum demere, & defectum supplere in corporibus imperfectis: quæ fieri non potest sine adiuuatione operis et rerum purificantium. Diuersificatur enim preparatio secundum diuersitatem rerum indigentium. Experientia enim nobis dedit modos agendi, scilicet calcinationem, sublimationem, descensionem, solutionem, distillationem, coagulationem, fixationem, & cerationem. De quibus singulis narrationem fecimus in summa perfectionis magisterij sufficienter. Ista enim sunt opera ad preparationem iuuantia. Res autem preparationes iuuantes sunt istæ: scilicet omnia genera sa

TERTIUS

LVII

lum, aluminium, atramentorum, & etiam vitrum, borax, & que huius nature sunt, & acenum acerrimum, & ignis. Et cum istis præponimus corpora imperfecta preparare. Id est, mundare: si aliqua immunditia in his extiterit, secundum nostram experientiam, in qua certi sumus per prædicta.

**Mundatio salis communis.**  
Mundatur enim sal commune, per hunc modum. Primo coëritur, combustum in aqua communi calida soluitur, solutum per filter distillatur, distillatum per lentum ignem in parapside vitrea congelatur; congelatum calcinetur per diem et noctem in igne mediocri, & serua ipsum sic sufficienter mundatum.

**Mundatio salis alpi.**  
Sal alpi sic mundatur: vel sal commune: & est sagimen vitri. Primo teratur, & totum soluitur in aqua communi calida; postea distilletur per filter, & congelatur, & calcinetur cum igne lento.

**Mundatio salis gemme.**  
Primo teratur: deinde de illo fiat, vel de sale communi.

**Mundatio salis amoniaci.**  
Teratur primo cum preparatio de salis communis mundati. Postea sublimetur in alio aludel, donec totaliter

fuerit extractum purum. Postea soluitur super percolatum, sub dicto, si de eo vis aqua facere: vel seueretur ipsum sublimatum & purum sufficienter.


**Mundatio aliorum salium.**  
Diuerfa enim adhuc inueniuntur salium genera, quæ preparantur per modum iam dictum, & mundantur.

**Mundatio aluminium.**  
Primo de alumine glaciale. Multa possunt per ipsa preparari sine ipsis mundatione aliqua. Tamen in hunc modum mundatur. Ponatur in alembico, & extrahatur in detota humiditas; quod multum in arte ista valet. Feces in fundo vasis remanentes, vel distillatur supra lapidem, vel in aliqua parte humida, vel in aqua ins de extracta, vel referuntur.

**Mundatio aluminis lameni.**  
Alumen lameni, quem ad modum glaciale preparatur: excepto quod in hac arte maioris est virtutis.

**Mundatio aliorum aluminum.**  
Plura adhuc inueniuntur aluminum, quæ omnia vel iam dicta preparantur & mundantur.

**Mundatio atramentorum.**  
Primo de nigro atramento. Nigrum sic mundatur. Primo soluitur



LIBER VI

in aceto mundo: possit distillare, & coagulare. Vel ponatur primo in alembico, & humiditas totalis extrahatur. Feces in hac distillatione calcinate sunt per porridum: vel in sua aqua solvantur, & coagulentur. Vel ipsa aqua secundum velle artificis reuertetur.

Mundatio cuperose.

Cuperosa siue Vitriolum mundatur ut atramentum nigrum. Habet tamen atramentum nigrum maiorem atramentum viridi terrefactam.

Mundatio aliorum atramentorum.

Diversa sunt atramenta: & inveniuntur diversi colores: quae ut praedicta mundantur.

De vitro & boracibus.

Vitrum & boracia, si debito modo fuerint facta, non indigent preparatione.

Mundatio aceti acerrimi.

Acetum aut cuiuscumque generis acetum siue acerbis, subtiliatur & depurantur: & illorum virtus siue effectus per distillationem mesforatur. De eorum mundatione & depuratione sufficenter tractauimus. Cum quibus corpora imperfecta preparari possunt, & depurari, et meliorari, & subtiliari, ignemque semper debito mediante. Preparantur enim & depurantur per istam ad intentionem ignis, per hunc modum. Habent enim haec corpora imperfecta humiditates superfluas, & sulphureitatem adustibilem, nigredinem in ipsis admiscendis generantem, ipsa praedicta corpora corruptentem. Habent enim terrefactam immundam, feculentam, & combustibilem, nimis grossam, ingressionem imprimentem & fusionem. Ista et talia sunt superflua in his corporibus praedictis: quae in ipsis nostra experientia & investigatione certa & ingeniosa sunt inuenta. Et quia haec superflua accidentaliter his superueniunt corporibus, & non radicaliter: & spoliatio accidentalium possibilis est: oportet nos cum igne artificiali his praedictis mundatis et superflua domere accidentia cumque: sola substantia argenti viui et sulphuris radicalis permanente. Et haec est integra preparatio imperfectorum, & depuratio perfecta. Melioratio, depuratio, & subtiliatio horum vel huiusmodi substantiae purae remanentis, fit multis modis: secundum quod indiget dicitur. Preparationis ergo & depurationis in generali modus est hic. Primo enim deuidanda est cum igne proportionali tota humiditas superflua & corrupta in illorum essentia, etiamque superfluitas subtilis & comburens: et hoc calcinando. Deinde totalis substantia remanens corrupta in illorum calce superfluae humiditatis comburentis & nigredinis praedictis corrosiuis acutis seu acerbis, donec calx fuerit alba siue rubea: aut secundum corporis naturam & proprietatem colorata, & munda, & pura ab omni superfluitate seu corruptione praeparatis. Et haec cum his corrosiuis mundatur, terendo, imbibendo, & lauando. Postea vero deuidenda seu deponenda est totalis terrefacta immunda, & feculentia combustibilis et grossa, cum rebus praedictis mundatis vel puris, fusionem metallicam non habentibus, cum calce praedicta modo praedicta depurata, commixtae bene tritis quae in fusione seu calce reductione retinebunt secum terrefactam grossam & immundam praedictam, remanente corpore puro, ex omni superfluitate corruptente mundato. Ex hoc totum descendendo meliorationis et subtiliationis horum substantiae purae in generali modus hic est. Primo haec corpus purgatum & reductum, est iterum calcinandum cum igne & adiutorijs mundatijs praedictis: deinde cum his quae sunt solutiva soluenda. Haec enim aqua lapidis noster est, & argentum viuum de argento viuo, & sulphur de sulphure, ex corpore spiritibus abstractum & subtiliatum, siue attenuatum: quae meliorari potest, confortando in ipsum virtutes elementales cum alijs praeparatis, quae sunt ex genere sui generis: & augmentando colorem, fixationem, pondus, puritatem, fusionem, & alia, & omnia quae pertinent ad dicitur perfectum. Et iste est modus per solos nos inuestigatus, preparationis, depurationis, subtiliationis, & meliorationis corporum mineralium in generali. Nunc transeamus ad specialem seu particularem cuiuslibet corporis imperfecti praeparationem, cum omnibus modis suis.


TERTIVS LVIII

etiamque perfecti corporis mineralis. Et primo de loue.

PRAEPARATIO LOUIS.

Reparatio louis in specialibus. Preparatur autem multipliciter: melius tamen per hunc modum. Et est, ut ponatur in furno calcinationis in vase ad hoc apto, & proficiatur subus ignis usque ad corporis ipsius fusionem bonam, mouendo tunc ipsius corpus liquefactum cum spatula ferrea perforata: coriam quae super ipsum creatur extrahendo, mouendo in ignis caloreaque perdurante, donec in superficie bona quantitas ipsius pulueris fuerit congregata. Deponatur tunc illa, & iterum moueatur, quousque altera vice totum corpus in puluerem subtilissimum fuerit reductum. Cribretur ergo puluis ille, & reponatur in fumo, addedo sibi ignem bonum, suam fusionem non superantem, & mouendo multoties. Sic ergo in igne suae calcinationis sic per diem naturalem vel circa. Finaliter cum tota humiditas accidentalis & superflua fuerit deleta, cum sulphure combustibili & corruptente. Postea extrahatur calx alba mundata. Nam ignis omnem fugitivam substantiam & inflammabilem deuat, & consumit de praedictis, scilicet cum sale communi mundato, & alumine.

K iij



LXVIII

Et cum aceto purificato et acerbis multum laudato: & ponatur ad solem, vel ad aeraem: & iterum teratur, & laetur, & deliquetur, et hoc alternatim per vicem reiteretur, donec per acritatem salium, aluminis, atque aceti, tota eius humiditas, nigredo, & immunditia fuerint consumptae, corrosae, & deletae. Tunc apponatur de vitro trito cum his praedictis. Cumq[ue] totum impastatum fuerit, descendatur per botum barbatum, cum sufficienti igne. Descendit enim corpus purum & mundum, remanente cum vitro et salibus sine aluminibus, tota substantia terrea & feculentra. In illo enim corpore mundo desecto & reducto, est equalis & perfecta proportio argenti vivi mundi, & sulphuris tibi non vrentis. Nam ignis & corrosiva totam humiditatem dicitur, & substantiam fugitivam, instaminabilem, & corruptentem, atq[ue] nigredinem, & per descensum suum siue per passillum salium & aluminum, & vitri, diuisa est tota substantia terrea feculentra, cum sua proportione, substantia pura & temperata remanente. Postea vero calcinetur iterum hoc corpus reductum purum, cum solo sale ammoniaco puro mundato. Cum autem bene diminutissime fuerit calcinatum, sublimato & mundato, donec fuerit in pondere aequalit vel tritaretur tunc illud totum per optimam, & bene diu teratur super passillum, & ponatur sub diuo, in loco frigido & humido: vel in vesicis vitreis in fumo solutionis: vel in ventre qui no[n] donec totu[m] fuerit dissolutum, augetur sal si fuerit necessesse. Quam

LIBER III

quam honorare debemus. Ipsa enim est quam quarimus ad albu[m]. Et haec in hoc ultimo volumine dicta sufficiant de preparatione Iouis.

DE PRAEPARATIONE SATURNI

Reparatur Saturnus sic. Ponatur similiter in fumo calcinationis, mouendo ut Iouem, donec conuertatur in puluerem tenuissimum. Cribretur, & reponatur ad fumum. Stet in igne suae calcinationis per modum praedictum, donec fugitiua substantia & instaminabilis fuerit deleta. Postea extrahat calx rubea: quae imbibatur & teratur frequentissime & minutissime cum sale communi mundato, & atramento, et aceto purificato & acerbis multum. De istis vero ad ruberitatem, sicut ad album fecisti, cum sale communi, & alumine lameno, & acetate. Tunc multoties ut de Ioue desecetur, & imbibatur, & teratur, donec per beneficium dictorum dicta immunditia fuerit deleta. Tunc apponatur de vitro cum his praedictis, & descendat per botum barbatum corpus purum, descendendo reductum. Iterum calcinetur cum sale ammoniaco puro, ut de Ioue teratur, & diluatur per modum praedictum. Ipsa enim est aqua argenti vivi, & sulphuris, proportione ab illis facta: quae videtur in ruber dicitur cum in positione. Et haec de Saturni praeparatione dicta sufficiant.

TERTIUS LIX

DE PRAEPARATIONE VENUS


Reparatur ergo Venus optime per hunc modum. Ponatur stratum de sale communi optime mundato in crucibulo: & de superfluis laminam, & de super salis stratum, & de super laminam, & sic vicissim, donec vas fuerit plenum: & cooperiatur, & lutetur, & collocetur in fumo calcinationis per diem naturalem. Deponatur et abradatur quod calcinatum fuerit: & reponatur lamina cum sale nouo. Et sic alternata vice calcinetur, donec omnes laminae fuerint consumptae, & errosae per beneficium salis & ignis. Quia sal corrodit superfluum humiditatem, & sulphur eicitatem combustibilem: ignis dicitur substantiam fugitivam et instaminabilem, cum proportione debita. Teratur omnino puluis ille minutissime, & lauetur cum aceto, donec nigredine careat aqua exinde emanans: hanc alterna vice de sale nouo et aceto imbibet, et teret: & post contritionem ad furnum calcinationis in vase apto reponatur, stetq[ue] ibi per tres dies naturales. Deinde extrahatur & teratur bene, & sublimetur, et ablutatur cum aceto bene & diu, donec ab omni immunditia fuerit mundatum, & puratum. Deliquetur ad solem bene. Tunc apponatur medietas eius de sale ammoniaco, bene & diuissime terendo, donec substantia impalpabilis fuerit. Ponatur sub diuo, vel in resolutionis fumo, donec quicquid tibi est subtile fuerit solutum: renouando sal

armoniacum mundatum, si fuerit necesse, donec aqua totum siccet. Hanc aquam quoniam honora[m], quam aquam sulphuris fixi nominamus: cum qua tingitur elixir vsq[ue] ad infinitum. Et haec sufficiant de Venere praeparatione.

DE PRAEPARATIONE MARTIS

Ars per hunc modum melius preparatur & calcinatur, quemadmodum Venus, cum sale communi mundato, & cum aceto puro lauetur. Lotus ad solem siccatur, desiccatur iterum cum nouo sale & aceto teratur et imbibatur, & ad eundem furnum ponatur per tres dies, ut de Venere factum est. Solum hoc nora, quam videlicet sulphuris fixi, mirabiliter colorem Elixir augmentantem. Et haec de imperfectionum corporum praeparatione dicta sufficiant.

Effecta vero corpora non indigent praeparatione, quantum ad perfectionem, cum perfecta sint: sed vltra gis perficiantur, subtiliuntur, & attenuantur: talis enim praeparatio est adhibenda. Accipiat Sol in laminas tenues productus, & ponatur cum sale communi optime praeparato solaritatem in vase cal



XLII LIBER HT

cinatio n, & collocet in furno, calcinatio bene per tres dies: vel donec totum fuerit consumptum, et subtiliter calcinatum. Deinde extrahatur, multum bene reatur, cum aceto lauetur, & deliceatur ad Solem. Postea teratur bene cum medietate sui salis armoniaci mundati, et ponatur ad dissolvendum, donec totum fuerit per beneficium salis communis & armoniaci in aquam darillimam dissolutum. Hoc fermentum est elixir perfectum, preciosum, & verum corpus spirituale factum.

**U**tilitatur autem argentum & tenuatur, & ad spiritum altitatem reduci per modum iam dictum. Ergo per omnia & singula fac in ipsa subtilitate si cur de Sole fecisti. Et aqua Lunae dissoluta, est fermentum ad elixir album spirituale factum.

**A**m imperfectorum preparationem, & perfectorum subtilitatem, sufficiens determinavimus, ut de eis quilibet discere possit adimplere intentionem. Attendat ergo quis proprietates actionis modos seu compositionis elixir maioris. Nos enim quaerimus substantiam unam facere, tamen ex pluribus aggregata, eadem rata fixam: quae super ignem posita, eam ignis non exprimat, & illi quantum permisceatur, & liqueat cum ipsis cum eo quod est in ea de substantia ingreffi bili: & permisceatur cum ea quod est de substantia permiscibili: & consolidetur cum eo quod est in ea

de substantia consolidatiua, & fixatur cum eo quod est in ea de substantia fixatiua: & non comburatur ab his quae non comburunt aurum & argentum: & afferat consolidationes cum ignitione debita & perfecta. Non tamen est tenuis brevis tantum potest intelligas cum paucis diebus vel horis possit prima vice restitui. Sed quia respectu aliorum medicorum demonum, respectu etiam naturae operationis veritatis: haec vero citius terminatur. Unde dixit philosophus: Medicina est cuius temporis longum spatium anticipavit. Quare vobis dico, quod sustinetis patienter, quia fors temeratur: & festinantia quidem ex parte diaboli est. Ergo qui patientiam non habet, ab opere manum suspendat: quia impeditur eum festinantem credulitas. Omnis namque actionis realis suum habet modum, & tempus terminatum, in quo maiori & minori spacio terminatur. Ad hanc nec cessaria sunt: patientia, mora, & instrumentorum aptatio: de quibus in summa nostri magister perfecti artificis allocuti sumus, in Capitulis diversis: in quibus experiri potest si in nostris dictis fuerit sufficienter investigatus. In quibus manifesta probatio est & aperta concludimus, lapidem nostrum nihil aliud esse quam spiritum fecerunt, & aquam vitalem, (quam et siccam aquam nominavimus) & per naturalem proportionem mundatam & unam rationem tali, quae sibi nec abesse potest. Quibus addi debet & tertium, ad opus abbreviandum: hoc est, corpus perfectum attenuatum.

TERTIVS LX

Ex praemissis igitur patent res, in quibus veritas est propinquat: & perspicientes ipsum opus investigatione vera nostra, qua certissimus, et per experientiam manifestam consideravimus omnia verba vera esse, quae iam per nos solos in nostris voluminibus scripta sunt: factum quod vidimus per experimentum & rationem in voluminibus istis redacta. Ea vero quae per nostram experientiam digitis extraximus, et vidimus oculis, et manibus retigimus, scripsimus in summa nostri perfectionis magisterij. Sapiens ergo artifex in nostris studeat voluminibus, colligendo nostram dispersionem intentionem, quam in diversis locis proposuimus, ne malignis seu ignavis publicetur: & collectam probe, donec ad cognitionem studendo & experimentando cum laboris ingeniosum instantia pervenerit totalem. Exers

ceat ergo se artifex, et inveniet. Cuius iam modum investigationis, commotus amore visceribus, ex quo id est per vos, nostram considerationem veritatis cognitionem etiam dare plenariam, per scientis & corruptentis materiae & formae: consideramus investigationem nostram perfectorum, & materiam cum forma a radice suae commixtionis usque ad complementum puram esse sine corruptione supernae mentis aliqua. Consideravimus a contrario sensu imperfectorum substantiam unam esse ubique, scilicet argentum vivum & sulphur: quae ante commixtionem eorum pura sunt & munda. Et per hanc considerationem per nostrum exercitium invenimus, corruptionem imperfectorum accidentaliter supervenisse, quae materiae non dicit formam.


Excussum est hoc praedarum Alchimicum Geberi opusculum Argento rari, arte & impensa solertis viri Iohannis Grieningeri. Anno a virgineo partu M. D. XXXI, vigesimo nono Augusti.

CVM PRIVILEGIO AD TRIENNIVM.






كتب الخيمياء الثلاثة التي كتبها جابر بن حيان، الفيلسوف والخيميائي العظيم [F-1-63] [(٦٥/٦٣)]





كتب الخيمياء الثلاثة التي كتبها جابر بن حيان، الفيلسوف والخيميائي العظيم [F-1-64] (٦٥/٦٤)





كتب الخيمياء الثلاثة التي كتبها جابر بن حيان، الفيلسوف والخيميائي العظيم [F-1-65] (٦٥/٦٥)

